De comicorum Graecorum sermone metro accommodato

Dissertatio inauguralis

quam amplissimi

philosophorum Vratislaviensium ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

rite capessendos

una cum sententiis controversis

die XXI. mensis Martii anni MCMVIII hora XII et dim.

publice defendet

Bruno Sachtschal

Posnaniensis

Adversarii erunt:

A. Opitz, cand. phil.
R. Nierle, cand. phil.

Typis expresserunt Maretzke et Maertin Trebnicenses

MCMVIII

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit

Franciscus Skutsch.

Examen rigorosum habitum est die XV. mensis Ianuarii MCMVIII.

PARENTIBUS OPTUMIS
SACRUM

1. Poetas Latinos sermonem suum metro a Graecis accepto accommodavisse iam complures viri docti demonstraverunt[1]. Sed etiam poetae Graeci ipsi metro postulante sermonem suum commutare non dubitaverunt, ut Homeri exemplum maxime nobis demonstrat[2]. Idem apud tragicos Graecos observamus, quorum in hac quidem commentatione saepius comparandi causa mentionem faciam[3]. Quin etiam comici, quamquam legibus metricis partim liberrimis utebantur, saepissime metri causa sermonem aliter usurpaverunt atque exspectamus. Propter eam ipsam rem magnam delectationem habere mihi videtur inquirere, quantam vim metrum in comicorum et maxime Aristophanis sermone conformando habuerit. Sed melicos locos excludendos esse putabam, cum in his et difficilior fiat omnis argumentatio et praeter metri necessitatem lyrica dictio multum rationis obtineat. Quam ob rem deverbia tantum et eas partes, quae quamquam a choro pronuntiantur, tamen non lyrici generis sunt, perscrutabimur.

2. Sed priusquam ad rem ipsam accedam, de impedimentis poetico sermoni obsistentibus nonnulla proferam. In dactylis et anapaestis vocabula cretica adhiberi non posse per se intellegitur. In iambis, cum comici magnam licentiam

---

[1]) E. Bednara, De sermone dactylicorum Latinorum quaestiones, A. L. XIV p. 317 sqq., 532 sqq.; Paul Maas, A. L. XII p. 479 sqq.; Otto Keller, Zur lateinischen Sprachgeschichte, part. II Lps. 1895 p. 189 sqq.; Norden, ad Aeneid. VI Appendic. V.

[2]) Cf. Guil. Schulze, Quaestiones epicae, Gueterslohae 1892 p. 137 sqq.; Ellendt, Drei homerische Abhandlungen, Lp. 1864, p. 8 sqq., Witte, Singular und Plural, Lipsiae 1907.

[3]) Eadem de causa ex Herondae Mimiambis nonnulla exempla afferam.

in anapaestis pro iambis ponendis sibi permitterent[1]), nihil aliud nisi series quattuor longarum syllabarum metro excluditur, quod in systematis iambicis in secundo, quarto etc. pede pro iambo vel anapaesto spondeus poni non poterat. Item in trochaicis systematis primus, tertius etc. pes purus esse debebat. Nullam libertatem praeterea admittit trimetri ultimus pes, qui semper purus iambus vel pyrrhichius esse debet. Denique comici ut plurimi poetae hiatum evitare studebant, quae res saepe eos commovit, ut ab usitato sermone deflecterent.

Quibus rebus expositis videamus, quo modo comici metri impedimenta superaverint[2]). Ac primum quidem agamus de sonorum alternatione.

I. De sonorum alternatione.

1. De synizesi.

3. Persaepe apud omnes poetas synizesin adhibitam invenimus[3]), qua comici quoque etsi rarius utebantur ubi metrum postulabat. Dilucide hoc apparet e variis formis verbi ἐάω. Tribus locis propter metri commoditatem synizesis invenitur:

Nub. 932. δεῦρ' ἴθι, τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι[4]).

Lys. 734. ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρι'; Λυ. ἢν τούτου δέῃ.

Eccl. 784. ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ἔα με τῶν προὔργου τι δρᾶν.

Ceteris locis vocales εα vel εω bisyllabae sunt velut Equ.

---

[1]) Hac re maxime tragicorum trimeter a comicorum differt. Sed econtra id quoque reputandum est comicos interdum consulto puros trimetros iambicos posuisse. Cf. Klaver, De Aristophanis trimetrorum compositione artificiosiore, Diss. Marpurgi 1905. De anapaestis pro iambis positis cf. Rumpel, Der Trimeter des Aristophanes, Philologus XXVIII, 1869 p. 599 sqq. C. W. E. Miller, Hephaestion and the Anapaest in the Aristophanic Trimeter, Transactions and Proceedings of the American Philological Association XXXIV, 1903 p. 49 sqq.

[2]) Summae utilitati mihi in quaestione mea fuit Dunbari index Aristophaneus (A Complete Concordance to the Comedies and Fragments of Aristophanes, Oxford 1883), quem accuratissimum esse expertus sum. Ceteras commentationes, quibus usus sum, postea loco idoneo afferam.

[3]) Cf. Jos. Menrad, De contractionis et synizeseos usu Homerico, Monachii 1886.

[4]) Versus afferam secundum editionem Bergkianam, fragmenta secundum editionem Kockianam.

1161, Pac. 649, Av. 1368, Lys. 945, Thesm. 64 et quae sunt reliqua. Alia exempla habemus Vesp. 616.

Κἂν οἶνόν μοι μὴ 'γχέῃς σὺ πιεῖν τὸν ὄνον τόνδ' ἐσκεκόμισμαι,

ubi propter anapaesticum metrum creticus poni non poterat.

Philem. fr. 120_3, C. A. Fr. II p. 516.

ἂν δέῃ δὲ φείσασθαί τι τοῦ γήρως χάριν[1]).

Pac. 906. *θέασ' ὡς προθύμως ὁ πρύτανις παρεδέξατο.*

Menandri fr. 1_{44} Kr.[2]).

μᾶλλον δὲ πράξεων ἐσομένων ἐὰν οἱ θεοί.

Posidipp. fr. 26_{21}, III p. 343.

τούτων γυναῖκες ἱέρειαι τῇ θεᾷ θεοί.

4. Parodias ex Euripidis Helena vel Andromeda sumptas his locis habemus:

Thesm. 874. *Πρωτέως τάδ' ἐστὶ μέλαθρα. — ποίου Πρωτέως*[3]);
891. *γάμοισι Πρωτέως παιδὶ συμμῖξαι λέχος*[4]);
905. *ὦ θεοί, τίν' ὄψιν εἰσορῶ, τίς εἶ γύναι*[5]);
1098. *ὦ θεοί, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα*[6]);

In universum tragici multo saepius synizesin adhibuerunt velut Sophocles in Philocteta *θεοί* v. 779, 1020; *θεῶν* v. 196, 433, 1235; *θεοῖσιν* v. 1036; *Ἀχιλλέως* v. 57, 582, 1066, 1298, 1312; *Νεοπτόλεμος* v. 241 et qu. s. r.).

2. De contractione et distractione[7]).

5. Quod vocabulum anapaestis resultabat Aristophanes contractionem adhibuit Nub. 315:

---

1) Cf. loco semilyrico Ran. 265 *κἂν με δέῃ δι' ἡμέρας.* (At Radermacher Rh. M. 57 p. 478 hoc loco legere vult *κἂν με δῇ*, forma *δῇ* a verbo *δέω* „binden“ derivata.) Fortasse etiam Plut. 216 legendum est, quod Bergkius in textum recepit:

ἐγὼ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δέῃ μ' ἀποθανεῖν.

(V *καὶ δεῖ*, R *κεἰ δεῖ*, R_2 *κἂν δεῖ*.)

2) Menandri fragmenta recens reperta commoditatis causa afferam secundum editionem factam ab Alfredo Kretschmar, De Menandri reliquiis nuper repertis. Lipsiae 1906.

3) Cf. Eurip. Hel. 460.

4) Cf. Eurip. Hel. 62 sq.

5) Cf. Eurip. Hel. 72 et 557.

6) Cf. schol. ad. Thesm. 1098: *εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα.*

7) De synaeresi et diaeresi copiose egit Lobeck in Pathologiae parte II, diss. VI, p. 1 sqq. Cf. praeterea Menrad l. c.

αἱ φθεγξάμεναι τοῦτο τὸ σεμνόν; μῶν ἡρῷναί τινές εἰσιν; fr. 304. *οἱ γὰρ ἥρως ἐγγύς εἰσιν.*

Equ. 164, poeta formam *ἀρχέλας* pro *ἀρχέλᾱος* posuit, quod in ultimo pede trimetri anapaestus poni non poterat:

τούτων ἁπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει.

6. Contractioni annectimus distractionem quae diaeresis vocari solet. Aristophanes his locis eam adhibuit[1]):

Ach. 880. *ἰκτίδας, ἐνύδριας, ἐγχέλεις Κωπαΐδας*[2]).

Huius vocis formam contractam legimus: Ach. 883, 962; Pac. 1005.

Plut. 536. *καὶ παιδαρίων ὑποπεινώντων καὶ γραϊδίων κολοσυρτόν*[3]).

Forma contracta huius vocabuli permultis locis invenitur velut: Thesm. 1194, 1199, 1210, 1211 etc.

7. Quater Aristophanes in fine trimetri, bis alio loco videlicet metri causa voces *οὐδείς -έν, μηδέν* e duabus vocibus conglutinatas iterum distraxit per analogiam femininae formae[4]):

Plut. 37. *εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲ ἕν*[5]).
138. *οὐ βοῦν ἄν, οὐχὶ ψαιστόν, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἕν.*
1115. *οὐ ψαιστόν, οὐχ ἱερεῖον, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἕν.*
1182. *κἀμέ γ' ἐκάλει τὸν ἱερέα· νῦν δ' οὐδὲ εἷς.*
Lys. 1044. *φλαῦρον εἰπεῖν οὐδὲ ἕν·* (lyr.)
Ran. 927. *σαφὲς δ' ἂν εἶπεν οὐδὲ ἓν — μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας.*

Item nonnunquam apud alios poetas antiquae comoediae hanc distractionem invenimus:

Cratin. fr. 302₂, I p. 100.

καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτήν, ἡ δ' ἐφρόντιζ' οὐδὲ ἕν.

---

1) Eos locos, quibus Aristophanes illas formas posuit, ut Homeri sermonem imitaretur, velut *ἀείδω, ἀοιδή, ὀκρυόεντος, ὀμφαλοέσσας* etc. praetereo. Cf. Bertholdus Speck, De Aristophanis dialecto; Part. I, De epicarum et Ionicarum formarum apud comicum usu. Diss. Vrat. 1878 p. 23 sqq.

2) Cf. Lobeck l. c. p. 11.

3) Cf. Schulze, Quaest. ep. p. 296.

4) Cf. Porson. praef. ad Hecubam p. XXXVI.

5) Multo saepius formae conglutinatae inveniuntur velut: Eccl. 325. *οὐ γάρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθεν.* Plut. 236. *ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.* Ach. 956, Vesp. 1125, Thesm. 394, 636, Plut. 50, 274, 355 etc.

Philonid. fr. 18, I p. 257.

ἅπαντ᾽ ἐρίζεις καὶ συνίης οὐδὲ ἕν.

Eupolid. fr. 357_4, I p. 353.

ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ᾽ αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν.

Phryn. fr. 52, I p. 383.

σὲ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

Platon. fr. 52, I p. 614.

γλώττης ἀγαθῆς οὐκ ἔστ᾽ ἄμεινον οὐδὲ ἕν.

Multo saepius novae comoediae poetae eam adhibuerunt velut Alexis bis decies (fr. 15_{10}, 25_3, 25_6, 27_1, 27_3, 48, $110_{7,11}$, 146_{10}, 219_1), Philemon decies (fr. 4_{13}, 11_3, 71_3, 91_1, $97_{1,7}$, 117, 123_2, 134_1, 154_2), Menander quater vicies (fr. 4_2, 51, 65_9, 130_2, 169_2, 418_2, 466_2, 535_3, $547/8_5$, $571_{1,2}$, 746, 799, 6_{90} Kr., $7/8_{42}$ Kr. Men. Cair.[1]), Epitr. 69, 99, 100, 193, 243, 307, 516, Perikeir. 59, Sam. 140) et multi alii[2]).

Tragici eam non adhibuerunt, nisi forte duo exempla e Sophoclis tragoediis huc trahimus, ubi particulam *ἄν* interpositam invenimus:

Oed. R. 281. *ἂν μὴ θέλωσιν, οὐδ᾽ ἂν εἷς δύναιτ᾽ ἀνήρ.*

Trach. 1072. . . . *καὶ τόδ᾽ οὐδ᾽ ἂν εἷς ποτε*
τόνδ᾽ ἄνδρα φαίη.

At nonnullis locis tales formas invenimus apud Herondam velut I 43, 45, 48, 73.

Hanc distractionem e soluta oratione acceptam esse inscriptiones saeculi quinti et quarti docent (cf. Meisterhans, Grammatik der griech. Inschriften [2] p. 80 sq. et 216).

8. Nonnullarum vocum utramque formam alteram contractam, alteram distractam saepissime poetae adhibuerunt, prout metrum postulabat. Tales voces sunt *ἤν* — *ἐάν*, *σαυτόν* — *σεαυτόν*, *αὑτόν* — *ἑαυτόν*. Exempla afferre supervacaneum est, cum in quinto quoque versu inveniantur.

3. De elisione.

9. Confusio vocalis exeuntis et incipientis, quam poetae non tam metri causa quam hiatus evitandi adhibuerunt, notissima

[1]) Fragments d'un manuscrit de Ménandre découverts et publiés par M. Gustave Lefebvre, Le Caire 1907.

[2]) Cf. Jacobi, Comicae dictionis index p. 347, qui etiam plura exempla affert.

et creberrima res est, ut eam silentio praeterire possimus. Idem dicendum est de crasi[1]), aphaeresi, elisione. Pauca tamen de illa elisione dicam, quam saepe etiam metri causa poetae adhibuerunt, idque eis locis, quibus ante vocalem incipientem „ν ἐφελκυστικόν“ omiserunt ita, ut elisio fieri deberet. Exempla innumera sunt: Ach. 14. εἰσῆλθ' ᾀσόμενος, Ach. 27. προτιμῶσ' οὐδέν, Ach. 139. ἔπηξ' ὑπ' αὐτόν, Ach. 146. ἔγραφ' Ἀθηναῖοι et qu. s. r.[2]).

Eandem elisionem bis in voce ἀτρέμα(ς) invenimus: Ran. 339. οὔκουν ἀτρέμ' ἕξεις, ἤν τι καὶ χορδῆς λάβῃς; Pherecr. fr. 6_3, I p. 146. ἔχ' ἀτρέμ', ἐγᾦδα Χαῖρις[3]).

10. Praetermittere non possum pauca illa exempla, in quibus propter metricam commoditatem etiam in fine versus elisionem comici adhibuerunt:

Nub. 891. μᾶλλον σ' | ἐν
Av. 1716. θυμιαμάτων δ' | αὖραι
Ran. 298. οὐ μὴ καλεῖς μ' | ὦνθρωφ'
Eccl. 351. ἐμοὶ δ' | ὥρα
Archipp. fr. 9, I p. 680. ἐπιφορήμασί τ' | ἄλλοις

Saepius in Sophoclis tragoediis haec elisio invenitur, quae eam ob rem „εἶδος Σοφόκλειον“ nominabatur[4]): δ': El. 1017, Oed. R. 29, 785, 791, 1224, Oed. Col. 17; τ': Oed. R. 1184, Phil. 1455; μολόντ': Oed. Col. 1164; ταὔτ': Oed. R. 332.

4. De hiatu.

11. Haud semper poetae hiatum evitabant, sed saepe metri causa longam vocalem vel dipthongum ante alteram vocalem corripuerunt et hoc maxime in hexametris et anapaestis, cum creticus in iis adhiberi non possit. Hac in re epicum usum eos imitatos esse apparet:

---

[1]) Cf. Hermannus Waeschke, De crasi Aristophanea. Dessaviae 1875.

[2]) E contrario poetae positionis efficiendae causa „ν ἐφελκυστικόν“ etiam ante consonantes incipientes saepissime posuerunt: Ach. 98. ἀπέπεμψεν φράσον, Ach. 189. ἀρέσκουσίν μ', ὅτι et qu. s. r.

[3]) Semel positionis efficiendae causa ἀτρέμας ante consonantem legimus in versu anapaestico: Nub. 390. ἀτρέμας πρῶτον . . .

[4]) Schol. Hephaest. p. 226_{20} Consbruch.

Equ. 532. ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' | ἐνόντος.

Equ. 763. τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίᾳ . . .

Cratin. fr. 8, I p. 14.

ἡ μὲν δὴ πίννῃσι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.

Hermipp. 82, I p. 249.

Μενδαῖον, τοῦ μὲν καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοί.

Et qu. s. r.

Etiam tragici hanc libertatem usurpaverunt in versibus anapaesticis velut: Aesch. Pers. 52; Soph. Phil. 839; Eurip. Hec. 123, 214 etc.[1]).

5. De vocalibus ante vocales correptis.

12. His bene adiungi possunt ea exempla, ubi in media voce dipthongus αι vel οι metro postulante modo brevis modo longa est. Ac primum quidem spectemus vocem ποιεῖν[2]), cuius formae et composita sescenties apud comicos inveniuntur. Dipthongus οι in hac voce plurimis locis correpta est, sed persaepe metrum etiam longam syllabam postulat, quin etiam utramque formam in eodem versu invenimus:

Vesp. 382. κἀνασπαστὸν ποιεῖν εἴσω. τί ποιήσετε, φράζετε νυνί;

Saepissime dipthongo utuntur poetae in anapaestis, cum dimidia pars fere omnium formarum a verbo ποιεῖν derivatarum, quae in anapaestis inveniuntur, eam habeat. At in iambis et trochaeis forma producta rarius adhibetur, cum poetae plurimis locis illam syllabam in arsi ponere vitaverint.

Hunc poetarum usum cum usu inscriptionum, quae saepe ο pro οι praebeant, sed tantum ante vocales ε et η[3]), non concinere inde cognoscitur, quod poetae etiam ante vocales ο et ω dipthongum saepissime corripuerunt[4]): Equ. 246, Nub. 1458, 1495, Vesp. 1443, Pac. 484 et qu. s. r.

---

[1]) Cf. Christ, Metrik der Griechen und Römer p. 244.

[2]) Cf. Schulze l. c. p. 45 sq.

[3]) Cf. Meisterhans, Grammatik der att. Inschriften [2] p. 44.

[4]) Cf. Kretschmar l. c. p 25 sq., qui omnia exempla, quae apud Menandrum inveniuntur, enumerat. In recentissimis Menandri fragmentis (ed. Lefebvre) septies sexagies simplicem vocalem ο scriptum invenimus (et 30 locis haec syllaba brevis, 36 locis anceps est, semel Sam. 317 ποεῖ exstat, ubi metrum longam syllabam postulat). Quinquies decies dipthongus scripta est (et 8 locis syllaba longa, 3 locis anceps, 4 locis correpta est).

13. In aliis vocibus dipthongus *οι* vel *αι* plerumque longa est. Sed multis etiam locis metro postulante corripitur velut:

in voce *οἷος* Equ. 74. Nub. 198. 217. Pac. 17, 1111, Ran. 45;

in voce *ποίαν* tantum uno loco Vesp. 1469,

τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα; — ποίαν αὐλητρίδα;

in voce *τοιοῦτος* Equ. 391. Nub. 342, 1125. 1393, Vesp. 25 et qu. s. r.;

in voce *Βοιωτός* Ach. 160. 900, Equ. 479, 480, Lys. 40, 75, 702;

in voce *Ἀθηναίαις* Pherecr. fr. 34, I p. 154,

Ἀθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις;

in voce *Πειραιεύς*[1]) Pac. 145, fr. 608, Alexid. fr. 245_1, II p. 386, Philisc. fr. 2, II p. 443, Criton. fr. 3_4, III p. 354;

in voce *δείλαιος*, qua poetae tantum in fine trimetri dipthongo correpta usi sunt idque undecies cum *οἴμοι* interiectione coniuncta velut Equ. 139, Nub. 1473, Vesp. 40, 165, 202, 1150, Pac. 233, Av. 990, Eccl. 391, 1051, Eubul. fr. 117_{13}, II p. 206; semel tantum sola exstat in fine trimetri: Plut. 850. Aliis locis trimetri dipthongus semper longa est: Nub. 12, 552, 709, 1504.

14. Apud Philemonem etiam dipthongum *ου* semel correptam invenimus, nisi versum corruptum putemus fr. 102_6, II p. 510.

δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν ἀσφαλές[2]).

(In eodem fragmento v. 3 recte legimus

δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν κακῶς.)

Dipthongum *ει* correptam legimus Posidipp. fr. 26_{21}, III p. 343

τούτῳ γυναῖκες ἱέρειαι τῇ θεᾷ θεοί.

Herond. V 32. *ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτρειον πρὸς Ἕρμωνα.*

Item semel dipthongum *ευ* apud Herondam correptam invenimus: IX 2. *καὶ πρὸς Εὐετείραν καὶ Γλύκην βαδίζουσα.*

15. Sed non solum dipthongus ante vocalem nonnunquam corripitur verum etiam longa vocalis ante vocalem. In voce *θέω* quidem, cuius vocalis *υ* plerumque longa est (Ach. 793, Pac. 410, 1062, Av. 562, 565 etc.) Schulze (quaest. ep. p. 333 sqq.) recte cognovit semel vocalem non metri causa sed propter dialectum Doricam correptam esse:

[1]) Cf. Meinek Com. Gr. Fr. III p. 580, IV p. 538. Lobeck paral. p. 27.

[2]) Dobr. coniecit *τοῖς ἀκούουσιν σαφές*. R. Foerster, vir doctissimus, coniecit *τοῖς ἀκούουσ' ἀσφαλές*.

Ach. 792. *κάλλιστος ἔσται χοῖρος Ἀφροδίτῃ θύειν.*

Et similiter res se habet Straton. fr. 1_{19}, III p. 362, ubi coquus linguam epicam imitatur:

„σὺ δ᾽ ἄρα θύεις ἐρυσίχθον": — οὐκ ἔφην ἐγώ;

et in proximo versu, ubi dominus eadem forma utitur:

„βοῦν δ᾽ εὐρυμέτωπον": — „οὐ θύω βοῦν, ἄθλιε".

Idem Schulze (l. c. p. 344 5) dicit in voce *κωλύειν*, cuius *υ* vocalis in anapaestis et hexametris semper longa est (Pac. 499. Av. 463. Lys. 607. Thesm. 918), praeter sermonem familiarem, ex quo illae locutiones *οὐδὲν κωλύει* et *τί κωλύει* et similes sumptae essent, etiam metrum effecisse, ut in iambis et trochaeis vocalis semper corriperetur: *οὐδὲν κωλύει* Equ. 732. 972. Antiph. fr. 125_4, II p. 61: *τίς σε κωλύει;* fr. 100: *τί γάρ σε κωλύει;* Anaxil. fr. 25_2, II p. 272: *καὶ τί δειπνεῖν κωλύει;* Men. fr. 367_2, III p. 106.

Men. Cair. Epitr. 10 . . . *εἰ δέ σε μηδὲν κωλύει.*

Epitr. 22. *τὸ κωλῦον; σὺ πρότερος ὁ σιωπῶν λέγε.*

16. Item in voce *ἰατρός* vocalem *ι* his locis correptam invenimus[1]:

Eul. 363. *τίς ἂν οὖν ἰατρόν μοι μετέλθοι καὶ τίνα;*

Plut. 406. *οὔκουν ἰατρὸν εἰσαγαγεῖν ἐχρῆν τινά;*

Plut. 407. *τίς δῆτ᾽ ἰατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει;*

Longam vocalem legimus Nub. 332, Av. 584, Antiphan. fr. 208, II p. 101, fr. 259, II p. 121, Diphil. fr. 88_3, 117, II p. 570, 576, Men. fr. 497, III p. 143 etc.

17. Hic adiciatur vox *ἀεί*, cuius vocalis *α* plerumque correpta est velut Ach. 28. Nub. 761. 1053. Av. 1545 et multis aliis locis. Nonnunquam metrum dipthongum postulat: Ach. 751. Equ. 215. 274. 568. Nub. 1011. 1288. Vesp. 390. 667, 699. Ran. 1027. Plut. 1007. 1049. Pherecr. fr. 21, I p. 151. Theopomp. 47_2, I p. 746 etc.[2])

1) Cf. Schulze l. c. p. 382 sq.

2) Mea quidem sententia his locis melius pro *ἀεί αἰεί* scribendum est, quae forma in decretis publicis usque ad annum 361 invenitur (cf. Meisterhans p. 25 1). Certe falso Bergkius et alii Dindorfii exemplum sequentes *ἀετός* pro *αἰετός* saepe contra librorum auctoritatem scripserunt Vesp. 15, Pac. 133, Av. 515, 653, 1110, 1248, 1341, Lys. 695, praesertim cum in hac voce prima syllaba semper longa sit et in inscriptionibus non ante annum 298 forma *ἀετός* inveniatur (Meisterhans p. 25).

6. De brevium vocalium productione.

18. Nonnunquam poetae etiam breves vocales metri causa produxerunt. Haec exempla afferam:

Vocalis ῑ in voce αἰθρίας nonnunquam producebatur in anapaestis:

Nub. 371. καίτοι χρῆν αἰθρίας ὕειν αὐτόν, ταύτας ἀποδημεῖν[1]).
Cratin. fr. 53, I p. 28.

ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνη μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος,

ι invenitur Plut. 1129 ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν)[2]).

19. Saepius in particula ἄρα propter metri commoditatem vocalem α productam legimus[3]), quod de Sophocle iam Ellendt (Lex. Sophocl. [2] p. 866) demonstravit. Huius particulae usum Aristophaneum tractavit Ludwig in dissertatione (De enuntiatorum interrogativorum apud Aristophanem usu. Regimontii 1882) p. 39 s., qui decem exempla affert: Nub. 1301, Vesp. 460, 839. 893. Pac. 1240. Av. 89, 161, 1530, 1688, Lys. 933.

Equidem ex aliorum comicorum fragmentis haec exempla addo[4]):

Cratin. fr. 24, I p. 20.

ἦν ἄρ' ἀληθὴς ὁ λόγος, ὡς δὶς παῖς γέρων.

Calliae fr. 11, I p. 696.

τί δ' ἄρα; τοὺς Μελανθίου τῷ γνώσομαι;

Philem. fr. 108_1, II p. 513.

τί ποτ' ἐστὶν ἄρα, διότι βούλεταί μ' ἰδεῖν;

Menand. fr. 150, III p. 44.

ποῦ δ' ἄρα Κωρυκαῖος ἠκροάσατο.

Men. Cair. Perikeir. 95.

οὐδ' ἄρα νῦν. — οὐδ' ἄρα νῦν, οὐκ οἶδ' ὅ τι.

---

1) Cf. Kockii adnotationem.

2) Item apud Menandrum semel in voce ἴσος prima syllaba producta est: Men. Cair. Epitr. 9 sq. . . . κριτὴν τούτου τινὰ

ζητοῦμεν ἴσον, εἰ δέ σε μηδὲν κωλύει.

Sed Wilamowitzius correxit in

ζητοῦμεν ἴσον, εἰ δή σε μηδὲν κωλύει.

3) Cf. Hartung, Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache I p. 455 sqq. Erlang. 1832. Hermann ad Soph. O. C. praef. XVI. Buecheler, Mus. Rhen. 39 p. 277.

4) Vide praeterea Jacobi l. c. p. 206.

Item Herondas IV 21.

ἀγαλμάτων· τίς ἆρα τὴν λίθον ταύτην
τέκτων ἐποίει . . .

20. Homeri in vocibus *ᾰ̓θᾰ́νᾰτος* et *ᾰ̓κᾰ́μᾰτος* usum et tragici et comici receperunt[1]: *ᾱ̓κάματος* (*α* producta) invenitur Aesch. Pers. 891 (dactyl.), Ar. Nub. 285 (dactyl.): *ᾱ̓θάνατος* invenitur Soph. Antig. 787, Ar. Av. 1224 (trim. iamb.) Ran. 629 (trim. iamb.), Amphid. fr. 8_2, II p. 238, Alexid. fr. 158_2 (*ᾰ* fr. 159_3, 240), Men. fr. 595_3, III p. 180.

Apud Herondam secundum epicum usum etiam prima syllaba vocis *καλός* modo producta modo brevis est:

IV 88. *σὺν ἀνδράσιν καὶ παισί. — Κοκκάλη, κᾰλῶς.*

VII 115. *τὰ κᾱλὰ πάντα τῆς κᾰλῇσιν ἁρμόζει.*

21. Metri causa poetae etiam pro usitata forma *ἕνεκα* vel *ἕνεκε(ν)* persaepe Ionicam formam *εἵνεκα* [-ε(ν)] et *οὕνεκα* [-ε(ν)] posuerunt, quod etiam in inscriptionibus poeticis invenimus (Meisterh. p. 176_{24}): Ach. 958, Nub. 6, 361. 422 et qu. s. r.

Utrum poetae utramque formam *εἵνεκα* et *οὕνεκα* adhibuerint, an alteram tantum formam, mea quidem sententia iam non discerni potest, cum libris in his rebus fides haberi non possit et inscriptiones eodem tempore utramque formam praebeant[2].

Denique dipthongum *ει* legimus

Ran. 499. *καὶ βλέψον εἰς τὸν Ἡρακλειοξανθίαν*,

ubi *Ἡρακλεοξανθίαν* exspectamus[3].

Similiter tragici metri causa nonnunquam Ionicam formam *ξεῖνος* pro *ξένος* adhibuerunt:

Soph. fr. 731_5.

πράξας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Sosith. fr. 2_{12} p. 822 N.

χὤταν τις ἔλθῃ ξεῖνος ἢ παρεξίῃ.

Praeterea hanc formam legimus Soph. El. 675. 1119. Oed. Col. 174, 184. 530, 1096. 1119 etc., Eur. El. 247, Iph. Taur. 218. 225. 798 etc. (cf. Ellendt Lex. Soph. p. 480).

---

[1]) Cf. Porson ad Eur. Med. 139. Kock ad Ran. 629. Schulze l. c. p. 142 adn. 1.

[2]) Cf. Wecklein. Curae epigraphicae p. 36 sqq. Wackernagel K. Z. 28 p. 109 sqq. Schulze l. c. p. 135.

[3]) Cf. Kockii adnotationem.

7. De vocalium productarum correptione.

22. Ut poetae breves vocales produxerunt, ita etiam etsi perraro metri causa longas vocales corripuerunt; et quater inclinatione adhibita ι vocalem corripuerunt in dativo ἡμῖν:

Av. 386. μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν ἡμῖν· ὥστε τὴν χύτραν
τώ τε τρυβλίω καθίει.

Lys. 124. ἀφεκτέα τοίνυν ἡμῖν ἐστι τοῦ πέους.

Plut. 286. ὄντως γὰρ ἔστι πλουσίοις ἅπασιν ἡμῖν εἶναι.

Phryn. fr. 37, I p. 380.
ἐβουλόμην ἂν ἡμῖν ὥσπερ καὶ προτοῦ.

Sophocles hac forma vicies et sexies, forma ἧμιν, quam nusquam apud comicos invenimus, novies usus est (v. Ellendt. Lex. Soph. p. 192). Aeschylus et Euripides omnino has formas inclinatas evitaverunt. Saepius Herondas eas adhibuit velut: ἧμιν I 48, VII 75, ὗμιν IV 79, VII, 25, 58.

23. Praeterea bis in voce ὄρνις, quae permultis locis legitur (Av. 16. 67. 70. 74 et qu. s. r.) longam vocalem ι correptam invenimus:

Av. 168. τίς ὄρνις οὗτος; ὁ Τελέας ἐρεῖ ταδί.

Philem. fr. 79 10, II p. 500.
ὅμοιον ἐγένετ᾽. ὄρνις ὁπόταν ἁρπάσῃ.

Tragici idem fecerunt: Soph. Ant. 1021, El. 149, fr. 593 N; Eur. fr. 636 5 N.

Iidem nonnunquam longam vocalem υ nominum syllaba -υς terminantium metro postulante corripuerunt: κλιτύς:

Soph. Trach. 271. . . . Τιρυνθίαν
πρὸς κλιτύν, ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοποῦν.

Ant. 1145 (lyr.); Eur. Bacch. 411 (lyr.); Hipp. 227 (lyr.); λιγνύς: Ant. 1127 (lyr.), νηδύς:

Eurip. Cycl. 574. τέγξας ἄδιψον νηδὺν εἰς ὕπνον βαλεῖ.

Andr. 356. καὶ νηδὺν ἐξαμβλοῦμεν, ὡς αὕτη λέγει.

8. De correptione Attica.

24. Per se intellegitur comicos correptionem Atticam adhibuisse. Consonantes βλ, γλ, γμ, δμ, γν, δν semper positionem faciunt. At consonantes τλ, φλ, κλ, χλ, πλ, θλ, κμ, τμ, θμ, πν, φν, κν, χν, τρ, φρ, βρ, κρ, γρ, πρ, θρ, δρ nisi melicis et

epicis, paucis tantum locis intra unam vocem positionem faciunt[1]: Vesp. 151 *Καπνίον*. Vesp. 691 *δραχμήν*. Pac. 1201 *δραχμῶν*. Av. 212 *πολύδακρυν*. 216 *ἕδρας*. 579 *ἀγρῶν*. 591 *κυκλῶν*, Plut. 1019 *δραχμάς*. Men. fr. 694, III p. 200.

φρόνησιν ἀσκῶν ἄφροσιν μὴ χρῶ φίλοις.
ἐπεὶ κεκλήσει καὶ σὺ παντελῶς ἄφρων.

Men. fr. 6 23 Kr. *τὰ πάτρια*. Men. Cair. Perikeir. 167 *τῷ πατρί*. Philippid. fr. 9 7, III 303 *δραχμάς*. Incert. com. fr. 231, III p. 452 *διάπλεκε*[2]), fr. 398 p. 483 *τετρυπημένη*.

Praeterea nonnulla exempla velut Lys. 742. 833. Eccl. 369: *πότνια*, Thesm. 859 *πατρίς* etc. inveniuntur in parodiis tragicorum, qui saepius hanc licentiam sibi permiserunt[3]) velut Sophocles Oed. R. 2 *ἕδρα*. Ai. 340 Oed. Col. 883 *ὕβρις* etc. Euripides Her. 914 *Ἡρακλέης*, item Heraclid. 210. Jon. 1196 etc.

Quin etiam in uno versu eiusdem vocis utramque formam usurpaverunt:

Soph. Phil. 296. *ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων μόλις.*
Oed. Col. 442. *οἱ τοῦ πατρός, τῷ πατρὶ δυνάμενοι ...*
883. *ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ'; — ὕβρις. ἀλλ' ἀνεκτέα.*
Ant. 1240. *κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ ...*
Eur. Phoen. 881. *πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες.*

Semper fere Herondas tales syllabas produxit velut I 59 *κατακλαίει*. I 60 *ἀποθνήσκει*. III 50 *λελέπρηκε*. IV 8 *ἀγρίων*. IV 92 *ἕδρη*. VI 5 *μετρέω*. praeterea V 6, 35. 55. 58, 63. 71. 90. 99. VII 7. 9, 20. 41. 74. 118. 119. VIII 1, 3. 6. 8. X 3. Brevem syllabam invenimus VII 61 *διάβαθρα*. VIII 4 *ἄτρυτε*.

---

[1]) Cf. Kock. ad Nub. 320. Kopp. Positio debilis und correptio Attica Rh M. 41 p. 247 sqq. et 376 sqq.

[2]) Fortasse Bothius recte *δή* adiecit: *ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον (δὴ) διάπλεκε.*

[3]) Cf. Kopp l. c. et von Mess. Zur Positionsdehnung vor muta cum liquida bei den attischen Dichtern. Rh. M 58 p. 270 sqq. Rumpel. Quaestiones metricae. progr. Insterburg 1865. 1866. Goebel. De correptione Attica. diss. Bonnae 1876.

9. De praepositione ξύν vel σύν[1]).

25. De huius praepositionis scriptura Ellendt in lexico Sophocleo hanc summam statuit certam unius scripturae observandae legem non posse inveniri. Ego quidem antiquos recte dixisse puto Atticos scriptores formam ξύν praeoptavisse[2]). Itaque etiam apud Aristophanem saltem formam ξύν ubique restituam ubi incolumi metro fieri possit. Nam praeter id, quod hac in re codicum scripturae in universum non multum tribuendum est, equidem observavi formam ξύν nonnisi in deverbiis non plus quam fere vicies positionis faciendae causa inveniri velut

Equ. 427. *εὖ γε ξυνέβαλεν αὔτ'· ἀτὰρ δῆλόν γ' ἄρ' οὗ ξυνέγνω.*

Lys. 39. *ἢν δὲ ξυνέλθωσ' αἱ γυναῖκες ἐνθάδε,*

at formam σύν fere septuagies metri necessitate exigi positionis evitandae causa velut:

Equ. 655. *ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις,*

Vesp. 5o. *οὔκουν ἐναργὲς τοῦτο συμβαλεῖν, ὅτι,*

quamquam si omnia exempla numeras, forma σύν etiam in codicibus multo rarius inveniatur. Qua ex re concludendum esse puto poetam formam ξύν magis adamavisse, at formam σύν metri causa tantum adhibuisse, et eis locis etiam, quibus codices metro non postulante σύν tradiderint, ξύν esse restituendum. Haec sententia eo confirmatur, quod etiam in inscriptionibus forma ξύν usque ad annum 410 praevalet, Thucydides autem nullam formam nisi ξύν adhibuit[3]). Etiam tragici ξύν praeoptaverunt et σύν maxime eis locis posuerunt, quibus metrum postularet[4]).

II. De formarum alternatione.

26. Postquam demonstravi, quatenus comici vocabulorum sonum metro accommodaverint, ad formarum alternationem me

---

[1]) Cf. Tycho Mommsen, Beiträge zu der Lehre von den griech Präpositionen. Berol. 1895 p. 698

[2]) Gregorius Corinthius ed Schaefer Lps. 1811 p 27 sqq. Etym Magn. p. 114 $_{25}$. Suid. s v. ξυμπάθεια.

[3]) Cf. Meisterhans l. c. p. 181. Diels. Abhandlungen der Berliner Akademie 1900 p 11 sq

[4]) Cf Kuehner-Blass I $_2$ p 249. G Meyer. Griech Grammatik [3] p. 340.

vertam et initium faciam a declinationibus, in quibus eos propter versus legem nonnullas formas ab usitato sermone discrepantes adhibuisse cognoscemus.

1. De declinationibus.

a. Declinatio I et II.

De his declinationibus nihil aliud habeo quod proferam nisi dativum numeri pluralis non semper *-αις* vel *-οις* sed saepissime metro postulante *-αισι(ν)* vel *-οισι(ν)* syllabis terminari[1]), quibus formis tragici poetae eodem modo usi sunt. Metro anapaestico poetae maxime cogebantur, ut his formis epicis uterentur, si articulum vel adiectivum ante vocem iambo incipientem ponere vellent velut *τοῖσι θεαταῖς* Nub. 890, Vesp. 1016, Pac. 732, Eccl. 582; *τοῖσι θεοῖσι(ν)* Av. 156, 564, 603, Pherecr. fr. 23_1, I p. 151; *τοῖσιν ἀδελφοῖς* Ran. 1081; *ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις* Equ. 1323; *ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις* Equ. 1327, multis aliis locis.

At in iambis et trochaeis metrum formam longiorem postulabat iis locis, quibus series quattuor longarum syllabarum vitanda erat velut:

Av. 803. *ἐπὶ τοῖσι σοῖς ὠκυπτέροις*,
Av. 838. *καὶ τοῖσι τειχίζουσι*,
Lys. 245. *ταῖς ἄλλαισι ταῖσιν ἐν πόλει*,
Thesm. 350. *ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν*,
Thesm. 835. *ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν*,
Cratin. fr. 300_2, I p. 100. *Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ*,
Pherecrat. fr. 141, I p. 186. *μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς*,
Philem. fr. 39_1, II p. 488. *τοῖς ἄλλοισιν εἰδείης* et qu. s. r.[2]).

In inscriptionibus Atticis illae formae tantum usque ad annum 420 (*-αισι, -ησι*) vel 444 (*-οισι*) inveniuntur (Meisterhans p. 94 sq.).

[1]) Cf. Bertholdus Speck, De Aristophanis dialecto Part. I: De epicarum et Ionicarum formarum apud comicum usu. Diss. Vratisl. 1878 p. 27.

[2]) Saepius etiam formae productae tantum ad versum explendum ponebantur, ut hoc exemplum demonstrat:

Av. 848: *ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσιν θεοῖς.*

At idem Pithetaerus dicit v. 862:

ἱερεῦ, σὸν ἔργον, θῦε τοῖς καινοῖς θεοῖς.

b. Declinatio III.

28. Ut productionem brevis syllabae ante consonantes *κλ* vitarent[1], comici eam legem secuti sunt, ut nominum propriorum cum voce *κλέος* compositorum ultimam syllabam *-κλῆς, -κλεῖ, -κλεις* in *-κλέης, -κλέει, -κλεες* dissolverent, si solutae formae ab ultima syllaba quarta brevis esset[2]) velut:

Ἱεροκλέης Pac. 1046. — *εες* Eupol. fr. 212, I p. 316: *Μεγακλέης* Nub. 70, 124. — *εες* Leucon. fr. 1, I p. 704: *Ξενοκλέης* Thesm. 169. 441. Ran. 86: *Περικλέης* Ach. 530. Equ. 283. Nub. 859. Pac. 606. Alexid. fr. 25_{12}, II p. 307. — *εες* Eupol. fr. 100_1, I p. 283: *Σοφοκλέης* Pac. 695. Av. 100. Ran. 787. Phryn. fr. 31_1, I p. 379: — *εει* Cratin fr. 15_1, I p. 16: *Φιλοκλέης* Thesm. 168. Cratin. fr. 292, I p. 97, — *έει* Av. 1295.

At formas contractas legimus in aliis nominibus propriis: *Διοκλῆς* Theophil. fr. 2_3, II p. 474: *Ἀνδροκλῆς* Men. Cair. Sam. 261: *Ἀνδροκλεῖ* Vesp. 1187: *Ἡρακλῆς* Ach. 860. Vesp. 60. Lys. 928. Ran. 282. 464. 581. Phryn. fr. 23, I p. 377. *-εις* Ach. 94. 284. 807. 1018 etc.: *Δημοκλῆς* Anaxandr. fr. 34_5, II p. 148: *Θεμιστοκλῆς* Equ. 884. *-εῖ* Equ. 813. 818: *Θερικλῆς* Eubul. fr. 31_3. 43_1, II p. 175. 179: *Λυσοκλῆς* Alexid. fr. 42, II p. 312: *Ἰφικλῆς* Inc. fr. 473 p. 497: *Καλλικλῆς* Men. fr. 348_7, III p. 101: *Μοιροκλῆς* Timocl. fr. 4_3, II p. 452; *Τιμοκλῆς* Alexid. fr. 77_2, 108_3, p. 322, 334.

Sed duo loci inveniuntur, quibus metrum anapaesticum vel dactylicum poetas coegit ab illa regula recedere[3]):

Av. 567. *ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃ τι, λάρῳ ναστοὺς θύειν μελιτοῦντας.*

Cratin. fr. 458, I p. 129 (Inc. fr. 51, III p. 409).

ἐν δὲ διχοστασίῃσι καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ.

Tragici, cum saepius breves syllabas ante mutam cum liquida producerent[4]), hac in re nullam certam legem secuti

---

1) Vide supra p. 12 sq.

2) Cf. Kockii ad Equ. 283 adnotationem. Speck l. c. p. 34.

3) Certe falsa est Wecklinii sententia (Cur. epigr. p. 24) sermonem vulgarem praecipue formas solutas frequentavisse et ea de causa comicos sermonem vulgarem secutos formas contractas non nisi metri causa adhibuisse. Nam comici praeter fines iambicos etiam formas solutas *Ἀνδροκλέει, Ἡρακλέης, Θεμιστοκλέης* etc. ponere poterant, quippe qui anapaestos pro iambis admitterent.

4) Vide supra p. 15.

sunt, sed tantum metri commoditatem respexerunt. Nam legimus apud Sophoclem semper *Ἡρακλῆς*, *Ἡρακλεῖ* sed praeter *Ἡρακλέα* Trach. 233 etiam *Ἡρακλῆ* Trach. 476 in fine trimetri. Euripides autem praeter *Ἡρακλῆς* etiam ter in fine trimetri *Ἡρᾱκλέης* posuit: Ion. 1196. Heraclid. 210. Her. 914.

28. Genetivum singularis numeri substantivorum *-ις* syllaba desinentium terminationem *-εως* habere satis constat. Tragici nonnunquam metro postulante terminationem *-εος* adhibuerunt (*πόλεος*: Aesch. Sept. 196, Ag. 1167, Soph. Ant. 162, Eurip. Or. 895. Iph. Aul. 376. Suppl. 632 (lyr.), Her. 876 (lyr.); *ὄφεος*: Eur. Bacch. 1025), quod etiam comici nonnullis locis fecerunt, ubi illa forma contra codicum auctoritatem restituenda est metro poscente. Tres loci lyrici sunt. Vesp. 1282, 1458, Thesm. 465, quibus *φύσεος* vel *ὕβρεος* legendum est. Sed etiam in deverbiis restituenda est illa forma:

Plut. 1044. *τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι* [1].

Theopomp. fr. 32 3, I p. 741.

ἆρ' εἶ κάτοπτρον φύσεος ἣν πλῆρες δοθῇς.

Eubul. fr. 67 9, II p. 187.

παισίν, διώκειν, ὕβρεος οὐ πόθου χάριν.

Eubul. fr. 94 7, II p. 196.

ἡμέτερός ἐστ', ἀλλ' ὕβρεος· ὁ δὲ πέμπτος βοῆς.

Eubul. fr. 120 8, II p. 207.

τῆς πόλεος ἀπεχώρησαν, ἧς εἷλον τότε.

29. Alias formas ut *Νηρέος*, *τοκῆας*, *ἀνέρος*, *ἀνέρες*, quas Aristophanes in canticis vel in parodiis aliorum poetarum adhibuit, praetereo, cum non tam metri quam sermonis epici imitandi causa eas usurpaverit [2].

Sed afferenda est forma longior *θυγατέρος*, quam semel metri causa poeta adhibuit:

Vesp. 1397. *τῆς Ἀγχυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης.*

(At forma usitata *θυγατρός* legitur Vesp. 573). Item metri

---

[1] Nullam causam habeo, cur in hoc versu corruptelam inesse putem, quod fecerunt Hermann (ad Nub. 1076), Fritzsche (ad Thesm. 465), Speck l. c. p. 35.

[2] Speck eas collegit l. c. p. 35 s.

causa formis *δορός* (Ach. 1193 loco lyrico) et *δορί* poeta usus est:

Lys. 1151. *κατωνάκας φοροῦντας ἐλθόντες δορί.*

Lys. 1188. *λῃστὰς ἐλαύνων καὶ κατασπέρχων δορί.*

30. Pro usitata accusativi forma *ὄρνῑν* (Ach. 88, Vesp. 815, Av. 73 etc.) bis Aristophanes in anapaestis ante vocem iambo incipientem longiorem formam *ὄρνῐθᾰ* adhibuit, quod ei altera brevi syllaba opus erat[1]):

Av. 472. *ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι.*

Av. 720. *φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί, πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε.*

Idem Cratinum fecisse ex Athenaeo 373 cd concludendum est: *ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα ὁ αὐτὸς Κρατῖνος ἐν τῷ αὐτῷ δράματί φησιν.*

Eandem rem apud Menandrum in plurali invenimus, qui et *ὄρνεις* et *ὄρνιθας* adhibuit:

fr. 119/120, III p. 35.

ὄρνεις φέρων ἐλήλυθα.
ὄρνιθας ἀποστέλλει (anap.?)

fr. 167/168, III p. 49.

. . . *οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησί, τὰς*
ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν;
αὕτη ποτ' ἐξεσόβησε τὰς ὄρνεις μόλις.

Similiter Pherecrates in fine trimetri iambici accusativum *γυνήν* pro *γυναῖκα* posuit fr. 91, I p. 170.

ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν.

31. De declinatione comparativorum *βελτίων*, *ἥττων*, *κρείττων* etc. observavi poetas longiores formas maxime in fine trimetrorum adhibuisse videlicet, quod aptissimam versus clausulam facerent velut *βελτίονα* Plut. 105, Men. fr. 481_{11}, III p. 138. *βελτίονες* Ach. 1078, Eccl. 214, Inc. fr. 509, III p. 502; *ἥττονα* Nub. 113, 114, 883, 1337; *πλείονα* Equ. 711, Nub. 822, 1290, Vesp. 806, 1440, Plut. 187, Alexid. fr. 261_{4}, II p. 392, Men. fr. 89_{2}, III p. 27 et qu. s. r.

---

[1]) v. supra p. 15

At aliis versus locis poetae utraque forma sine discrimine utuntur.

2. De adverbiis.

32. Etiam in adverbiis observamus saepe diversas formas adhibitas esse, prout metrum postulabat.

Quattuor formae adverbii *πρῶτον*, *πρῶτα*, *πρώτιστον*, *πρώτιστα* apud Aristophanem inveniuntur, quarum primam *πρῶτον* usitatissimam fuisse vel inde cognoscimus, quod longe saepissime in eius comoediis exstat idque etiam ibi, ubi metrum alteram quoque formam admitteret velut Ach. 383, Equ. 488, Nub. 247, Pac. 560, Av. 1330, Thesm. 380 multis aliis locis. At metri causa permultis locis *πρῶτα* posuit velut Ach. 648, 995, Equ. 129, 155, 339, 542, 774, 779 etc. Quae res magna ex parte inde explicari potest, quod saepissime adverbium nostrum cum particula *μέν* sequenti coniunctum est. Cum igitur *πρῶτα μέν* (– ⏑ –) melius iambico et trochaico metro accommodaretur quam *πρῶτον μέν* (– – ⏓), priorem formam etiam saepius adhibuit, ut ex sequenti enumeratione intelleges:

πρῶτον solum quinquagies,
πρῶτον μέν vicies semel,
at *πρῶτα* solum positionis evitandae causa vicies,
πρῶτα μέν vicies octies invenitur.

Duo tantum loci his obstant, ubi propter legem, quam dicimus Porsonianam, quamquam in universum comici eam non respexerunt, Aristophanes formam *πρῶτα* videtur praetulisse:

Equ. 275. *ἀλλ' ἐγώ σε τῇ βοῇ ταύτῃ γε πρῶτα τρέψομαι.*
Vesp. 862. *ὅπως ἂν εὐξώμεσθα πρῶτα τοῖς θεοῖς.*

Sed fortasse in his versibus *πρῶτον* restituendum est, praesertim cum Equ. 275 cod. V et ceteri praeter cod. R lectionem *πρῶτον* praebeant et Pac. 560 similiter ac Vesp. 862 in fine versus eodem loco *πρῶτον* legatur:

προσευξώμεσθα πρῶτον τῷ θεῷ.

Formas *πρώτιστον* et *πρώτιστα* poeta omnino tantum metro postulante pro forma *πρῶτον* posuit:

πρώτιστον:
Ran. 1121. *πρώτιστον αὐτοῦ βασανιῶ τοῦ δεξιοῦ.*

Eccl. 749. *πρώτιστον αὐτὰ πολλάκις καὶ σκέψομαι.*

Praeterea Nub. 553, Av. 695, Lys. 555, 589, Ran. 941;

πρώτιστα:

Lys. 1169. *πρώτιστα τὸν Ἐχινοῦντα καὶ τὸν Μηλιᾶ.*

Plut. 792. *πρώτιστα καὶ βλέψαντος οὐδὲν ἐκφέρειν.*

Praeterea Vesp. 595, Av. 972, Thesm. 659, Ran. 519, 911, 946, Eccl. 597, 1059.

33. Nullo significationis discrimine facto item adverbia *εὐθύς* et *εὐθέως* usurpantur metri tantum ratione habita,

εὐθύς:

Ach. 638. *εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ᾽ ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.*

Ach. 924. *σελαγοῖτ᾽ ἂν εὐθύς. — ὦ κάκιστ᾽ ἀπολούμενε.*

Equ. 353, Nub. 785, 855, 878, 987 et qu. s. r.

Forma *εὐθέως*, quae tantum vicies in omnibus comoediis exstat, octies in fine, quinquies post monosyllabum initio trimetri legitur (*ὁ δ᾽ εὐθέως* Nub. 1357, *ἡ δ᾽ εὐθέως* Plut. 691, *οἱ δ᾽ εὐ.* Equ. 646, *ἵν᾽ εὐ.* Plut. 1170, *ὅσ᾽ εὐ.* Pac. 889). In reliquis versibus variis locis exstat, nisi quod Vesp. 494 et 1081 initio tetrametri trochaici invenitur.

34. Eodem modo poeta adverbia *ταχύ* et *ταχέως* adhibuit, prout metrum postulabat:

ταχύ: Ach. 1029, 1085, Equ. 109, 120, 123, 648, 1074, 1389 et qu. s. r. Et huius quidem formae sedecim exempla (i. e. dimidia fere pars) in fine trimetri exstant.

ταχέως:

Ach. 1074. *ταχέως λαβόντα τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους.*

Lys. 830. *ταχέως. — τί δ᾽ ἔστιν; εἰπέ μοι, τίς ἡ βοή;*

Ach. 777, 1006, Equ. 95, 495, 1227 et qu. s. r.

Bis poeta pro superlativo *ὡς τάχιστα* in fine versus *ὡς τάχος* vel *ὅσον τάχος* videlicet metri causa posuit:

Lys. 1187. *ἄπειθ᾽ ἕκαστος. ἀλλ᾽ ἴωμεν ὡς τάχος.*

Thesm. 727. *καὶ καταίθειν τὸν πανοῦργον. πυρπολεῖν θ᾽ ὅσον τάχος.*

3. De coniugatione.

35. Saepius comici terminationes *-μεσθα* pro vulgari *-μεθα*, *-αιο* pro vulgari *-ιο* propter metri commoditatem eodem modo ac tragici adhibuerunt. Longius de hac re disserere supervacaneum est, cum Speck l. c. p. 40 sqq. copiose hanc rem tractaverit et omnia exempla, quae apud Aristophanem inveniuntur, enumeraverit. E ceterorum comicorum fragmentis haec exempla addo:

Cratet. fr. 17_{3} I. p. 135 *ἐδόμεσθα*. Eupolid. fr. 117_{6}. I p. 289 *ηὐχόμεσθα*. fr. 117_{8} *στρατευόμεσθ'*. fr. 119_{2}, p. 289 *δεχόμεσθα*, fr. 159_{11}, p. 301 *ἐρχόμεσθ'*. Platon. fr. 109. I p. 630 *ἡγούμεσθ'*. Antiphan. fr. 109_{1}. II p. 54 *διαιτώμεσθα*. Philem. fr. 69_{2}. II p. 496 *βουλόμεσθα*, fr. 73_{3}. p. 497 *ἠλαττόμεσθ'*. fr. 120_{4}. p. 516 *φειδόμεσθ'*. fr. 158_{2}. p. 525 *εὐφραινόμεσθ'*. Item Herond. IV 17 *ἐπεποιούμεσθα*. VIII 12 *διζόμεσθα*.

36. Terminationem *-θεν* (pro *-θησαν*), quae tribus locis exstat (Pac. 1283, 1284. Vesp. 662), praetereo, quod non tam metri causa quam ut epicum sermonem imitaretur[1]) poeta eas adhibuit. Idem dicendum est de formis solutis *μεδέων*, *μεδέουσα* etc., quas Speck collegit p. 42 sq.

Sed melius in usu formarum optativi aoristi *-ειας*, *-ειε(ν)*, *-ειαν* vel *-αις*, *-αι*, *-αιεν* syllabis terminatarum metri vim observare possumus. Usitatae apud Atticos formae erant eae, quae in syllabas *-ειας*, *-ειε(ν)*, *-ειαν* desinebant[2]) ut etiam apud comicos Ach. 918. 921. 1151. 1166. Equ. 3, 16. 498. 855, 898 etc.; Cratin. fr. 187_{2}. I p. 70. Hermipp. 63_{10}. I p. 243. Eupolid. fr. 332. I p. 346. Plat. fr. 173_{21}, I p. 647 multis aliis locis.

His multis exemplis apud Aristophanem nonnullae formae non solito modo desinentes obstant, quas metri causa poeta adhibuit:

-αις: Nub. 776 *ἀποστρέψαις*. Vesp. 726 *δικάσαις*. 819 *ἐκκομίσαις*. Pac. 405 *πείσαις*. Lys. 506 *κρώξαις*. Plut. 1036 *διελκύσαις*. 1134 *ὠφελήσαις:*

-αι: Plut. 505 *παύσαι*, fr. 320_{15} *λῆξαι*.

---

[1]) Speck l. c. p. 41.

[2]) Cf. Kuehner-Blass I_{1} p. 73 s.

Hoc propter metri necessitatem factum esse vel inde apparet, quod nusquam terminationem *-αιεν* invenimus. Quae cum eandem quantitatem ac terminatio *-ειαν* haberet, metro non cogebatur poeta modo hac modo illa forma uti. Quam ob rem tantum formas in *-ειαν* syllabas desinentes invenimus: Equ. 3, 898, Nub. 974, Av. 373 etc.

37. Etiam in augmento nonnunquam metri vim observamus. Amplificatum augmentum verbi *μέλλειν*, quo perraro poetae usi sunt (Hes. theog. 478, 888, 898. Theogn. 906)[1], Aristophanes bis adhibuit metri commoditate adductus in anapaestis:

Ran. 1038. *τὸν λόγον ἤμελλ' ἐπιδήσειν.*

Eccl. 597. *τοῦτο γὰρ ἤμελλον ἐγὼ λέξειν.*

In iambis et trochaeis semper simplex augmentum invenitur: Ach. 347, Equ. 267, Nub. 1301, Vesp. 460, 1095, Thesm. 1177, Ran. 268, 518, 791, Plut. 103.

E contrario verbo *ἀνέχομαι*, quod augmentum amplificatum habere solet[2] (Thesm. 593. *ἠλίθιος ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετο*), semel simplex augmentum adiecit, quod *ἠνειχόμεσθα* metro anapaestico resultabat:

Lys. 507. *ἡμεῖς τὸν μὲν πρότερον πόλεμον καὶ τὸν χρόνον ἠνεχόμεσθα.*

Similiter Menander duas formas *ἠγρηγόρειν* et *ἐγρηγόρειν* adhibuit, ut Photius 59_6 tradit (fr. 1013, III p. 253).

Metri denique necessitati tribuam, quod Aristophanes pro *κἀπωμορξάμην* (a verbo *ἀπ – ομόργνυμι*) formam *κἀπεμορξάμην* falso tamquam a verbo *ἀπο – μόργνυμι* derivatam finxit, quae melius metro trochaico accommodabatur[3]):

Ach. 706. *ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κἀπεμορξάμην ἰδών.*

III. De rebus syntacticis.

38. Iam progrediamur ad res syntacticas, et primum quidem agamus de numeris.

---

[1]) Cf. Kock ad Ran. 1038, Kuehner-Blass I_2 p. 9 et 484.

[2]) Cf. Kuehner-Blass II_2 p. 35 et 435.

[3]) Porson. praef. ad Hec. p. 28 cum hac re confert breviorem formam *δύρομαι*, quam tragici nonnunquam adhibuerunt.

1. De numeris.

Nonnunquam comici metri commoditate adducti singularem numerum pro plurali posuerunt.

Cum plurales formae *τῶν ὀφθαλμῶν, τοὺς ὀφθαλμούς* iambis et trochaeis omnino accommodatae non essent[1], aut dualem ponere debebant, quem legimus Ach. 1027, 1029, Nub. 411, 946, Vesp. 432, Av. 342, Lys. 298, Pherecr. fr. 60, I p. 161 aut singularem numerum, si metro melius accommodabatur quam dualis velut:

Ach. 97. *ἄσκωμ' ἔχεις που περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω.*
Nub. 24. *εἴθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ*[2].
Av. 1294. *Ὀπουντίῳ δ' ὀφθαλμὸν οὐκ ἔχων κόραξ (ἦν τοὔνομα).*
Av. 1613. *προσπτόμενος ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θενών*[2].
Eccl. 11. *ὀφθαλμὸν οὐδεὶς τὸν σὸν ἐξείργει δόμων.*
Inc. fr. 388_2, III p. 481

πάσχειν, ὅταν λάγνην τὸν ὀφθαλμὸν φορῇς.

In dativo difficultatem metricam Aristophanes ita superavit, ut articuli sive appositi forma producta uteretur:

Av. 360. *εἶτα κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ — τοῖσι δ' ὀφθαλμοῖσι τί;*
Ran. 1247. *ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ.*
Plut. 769. *ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.*

In anapaestis usitata forma usus est, cum nulla difficultas existeret:

Nub. 980. *αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐβάδιζεν.*

Similiter Cratinus fr. 459, I p. 130, ut creticum vitaret, singularem numerum *λαμπάδος* pro *λαμπάδων* adhibuit in versu hexametro:

τίς δέ σ' ἐτύφλωσεν; τίς ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς.

39. Item semel singularem *κάλπιν* legimus:

Lys. 370. *αἰρώμεθ' ἡμεῖς θοὔδατος τὴν κάλπιν ὦ Ῥοδίππη.*

Aliis omnibus locis huius vocis numero plurali poeta utitur: Lys. 358, 400, 539, Ran. 1339. Etiam hoc loco pluralem nume-

[1] Eubulus fr. 98_4, II p 198 recte pluralem numerum posuit articulo a substantivo seiuncto: *ἀπὸ τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ὑδρορρόα δύο ῥέουσι . . .*

[2] In eadem locutione dualis invenitur Av. 342

κάρτα· πῶς κλαύσει γάρ, ἢν ἅπαξ γε τὠφθαλμὼ 'κκοπῇς;

rum posuisset, quia anapaesto pro iambo posito metro minime repugnabat, nisi totum locum inde a versu 352 usque ad versum 381 consulto artificiosius puris tetrametris composuisset[1]).

Porro ut creticum vel seriem quattuor longarum syllabarum evitarent, Aristophanes et Anaxilas his locis singularem numerum adhibuerunt:

Eccl. 638. *οὐκοῦν ἄγξουσ' εὖ καὶ χρηστῶς ἑξῆς τὸν πάντα γέροντα.*

Anaxil. fr. 22_{22}, II p. 270.

Σφίγγα Θηβαίαν δὲ πάσας ἔστι τὰς πόρνας καλεῖν.

40. Etiam participii singularem numerum Aristophanes propter metri commoditatem pro plurali posuit:

Nub. 988/9. *ὥστε μ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτοὺς*
τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς Τριτογενείης.

Ran. 1075. *καὶ μινθῶσαι τὸν ξύσσιτον κἀκβάς τινα λωποδυτῆσαι* (*ἠπίσταντο* 1073.)

41. E contrario comici nonnunquam etiam metro cogente pluralem numerum pro usitato singulari posuerunt. Pluralem *ἔριδες* pro *ἔρις* certe, ut anapaestum haberet, poeta usurpavit Thesm. 788:

ἔριδες, νείκη, στάσις, ἀργαλέα λύπη, πόλεμος· φέρε δή νυν.

Item hiatus evitandi causa pro *πάσῃ τέχνῃ*, quod exstat Nub. 885, 1323, Lys. 412, Thesm. 65, Ran. 1235, Eccl. 366, 534, semel legimus *πάσαις τέχναις*:

Thesm. 271. *πάσαις τέχναις, ἢν μοί τι περιπίπτῃ κακόν.*

Similiter pro cretico, *τῷ χρόνῳ* (Nub. 66, 865, 1242 etc.) in tetrametro anapaestico pluralem legimus Eccl. 636/7:

. . . *πατέρας γὰρ ἁπάντας*
τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισιν νομιοῦσιν.

Menander autem ut seriem quattuor longarum syllabarum evitaret, pluralem numerum adhibuit fr. 161_1, III p. 47.

τὰ γὰρ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ἔχει
ἐν τοῖς λογισμοῖς τὰς ἐπιδείξεις δυσκόλους.

42. Saepius pluralem numerum metri causa adhibitum in-

[1]) v. supra p. 2 adn. 1.

venimus, ubi adiectivum aut cum copula ἐστίν coniungitur aut sine ea praedicati vice fungitur[1]):

Lys. 34. βέλτιστα τοίνυν μηκέτ' εἶναι νὴ Δία.
Ran. 277. ἄγε δή, τί δρῶμεν; — προϊέναι βέλτιστα νῷν.
Eccl. 1122. ὅσ' ἐστὶ πολὺ βέλτιστα. πολὺ δῆτ', ὦ θεοί.
(Singularis βέλτιστον exstat Equ. 83, Ran. 322, Plut. 67.)
Equ. 30. κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν.
(κράτιστον: Equ. 80, Vesp. 367, Plut. 412, fr. 567.)
Lys. 142. ξυμψήφισαί μοι. — χαλεπὰ μὲν ναὶ τὼ σιώ.
(χαλεπόν: Vesp. 950, 985, Pac. 819, Lys. 504, Eccl. 180.)
Ach. 770. οὐ δεινά; θᾶσθε τοῖδε τὰς ἀπιστίας.
Ach. 1079. οὐ δεινὰ μὴ 'ξεῖναί με μηδ' ἑορτάσαι;
Equ. 609. δεινά γ' ὦ Πόσειδον, εἰ μηδ' ἐν βυθῷ δυνήσομαι (διαφυγεῖν).
Vesp. 1368. οὐ δεινὰ τωθάζειν σε;
Lys. 608. εἶτ' οὐχὶ ταῦτα δεινὰ πάσχειν ἔστ' ἐμέ;
Eccl. 400. οὐ δεινὰ τολμᾶν τουτονὶ δημηγορεῖν;
(δεινόν: Ach. 352, Equ. 810, 820, 875, 878, Vesp. 26, Av. 27, 1012, Lys. 587, Plut. 329.)
Inc. fr. 577, III p. 512.
ἀνόητά γ', εἰ τοῦτ' ἦλθες ἐπιτάξειν ἐμοί.
(ἀνόητον: Ran. 530.)

Apud tragicos similia exempla inveniuntur velut:

Aesch. Prom. 216. κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε ἐφαίνετ' εἶναι. (cf. supra Equ. 30.)
Soph. Ai. 1126. δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με.
Trach. 409. δέσποιναν εἶναι τήνδε σήν. — δίκαια γάρ.
495. . . . κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε χωρεῖν.
Phil. 524. ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον ξένῳ φανῆναι.
Eurip. Or. 413. οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.

Si comparandi causa Thucydidem inspexeris, semper singularem numerum adhibitum invenies:

αἰσχρόν: I 38_{23}, 122_{28}, II 40_{10}, III $63_{3,12}$ etc.

[1]) v. supra p. 19 sq. πρῶτον et πρῶτα

δεινόν: I 35_{12}. 121_{8}. 122_{26}. 143_{15} etc.
κράτιστον: I 143_{16}. IV 46_{21}.

2. De generis usu liberiore.

43. Semel Aristophanes metri causa substantivum neutrius generis cum adiectivo masculino coniunxit constructione „*κατὰ σύνεσιν*“ adhibita:

Ach. 872. *ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον.*

Aliis locis similibus recte neutrum invenimus:

Equ. 42. *δύσκολον γερόντιον.*

Equ. 726. *ὦ Δημίδιον, ὦ φίλτατον.*

Nub. 790. *ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον.*

Eccl. 949. *τὸ κατάρατον γρᾴδιον.*

Item metrum poetam commovit, ut scriberet Plut. 546/7

. . . *ἆρά γε πολλῶν*
ἀγαθῶν πᾶσιν τοῖς ἀνθρώποις ἀποφαίνω σ' αἴτιον οὖσαν
(scil. *τὴν Πενίαν*),

ubi certe *αἰτίαν* scripsisset (cf. Men. fr. 486_{1}. III p. 140 *τὴν πρόνοιαν αἰτίαν κρίνων*), nisi creticus anapaestico metro resisteret.

44. Similia apud tragicos invenimus. Pro feminina forma *θυραίαν* Sophocles, ut seriem longarum syllabarum evitaret, *θυραῖον* scripsit El. 313. . . . *μὴ δόκει μ' ἄν, εἴπερ ἦν,*
θυραῖον οἰχνεῖν· νῦν δ' ἀγροῖσι τυγχάνει.

Eadem de causa femininam formam his locis evitavit:

Trach. 533. *τῆμος θυραῖος ἦλθον ὡς ὑμᾶς λάθρα.*

478. *καθηρέθη πατρῷος Οἰχαλία δόρει.*

620/1. *ἀλλ' εἴπερ Ἑρμοῦ τήνδε πομπεύω τέχνην*
βέβαιον, οὔ τοι . . .

Idem semel metri causa *ταῦτα* posuit pro *τούτους* (*τοὺς λόγους*):

El. 1364 sqq. . . . *τοὺς γὰρ ἐν μέσῳ λόγους*
πολλαὶ κυκλοῦνται νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι,
αἳ ταῦτά σοι δείξουσιν, Ἠλέκτρα, σαφῆ.

Certe etiam Euripides, ut seriem longarum syllabarum evitaret, neutrum posuit pro masculino his locis:

Iph. Aul. 1400 sq. *βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός, ἀλλ' οὐ βαρβάρους*
μῆτερ, Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.
Phoen. 962. *τί δ' ἄν τις εἴποι. δῆλον οἵ γ' ἐμοὶ λόγοι.*

3. De comparatione.

45. Poetas etiam in comparatione nonnunquam metro cessisse anapaesticus versus demonstrat

Vesp. 550. *τί γὰρ εὔδαιμον καὶ μακαριστὸν μᾶλλον νῦν ἐστὶ δικαστοῦ,*

ubi *μᾶλλον εὔδαιμον* exstat, quod *εὐδαιμονέστερον* (– ⏑ – –) propter creticum poni non poterat. Fortasse *μᾶλλον* eodem modo propter metri commoditatem legitur in his versibus:

Vesp. 1100. (*οὐδὲν ζῷον*) *μᾶλλον ὀξύθυμον ἔστιν, οὐδὲ δυσκολώτερον.*
Plut. 747. *τὸν δὲ Νεοκλείδην μᾶλλον ἐποίησεν τυφλόν.*
Eur. Med. 485. *σὺν σοί, πρόθυμος μᾶλλον ἢ σοφωτέρα.*

4. De articulo.

46. De articuli nominibus propriis praepositi usu Aristophaneo copiose iam egit Uckermann (progr. gymn. Berol. 1892), qui, quamquam in universum recte Aristophanem certis legibus usum esse dicit, tamen nimis diligentem poetam in adhibendo articulo fuisse putat, cum demonstrare studet eum semper consulto articulum posuisse vel omisisse[1]). At Fuller, qui in dissertatione Erlangensi articuli apud comicos usum tractavit[2]), de nominibus propriis dicit p. 39: „Leges, quibus nomina terrarum, urbium, montium, insularum etc. populorum festorumque nomina, cum pluralia tanta (sic!) sint, articulum habeant an

[1]) Iam in prooemio, cum de voce *ὦ* vocativo praeposito verba facit p. 5: „Nur in einem Punkte scheint Aristophanes ein gleichmässiges Verfahren zu beobachten: Sobald ein substantivisches oder adjektivisches Attribut zum Vokativ hinzutritt, steht im Trimeter in der Regel die Ausrufsbezeichnung *ὦ* also Ach. 435 *ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα*, Ach 462 *ὦ γλυκύτατ' Εὐριπίδη*, Ach. 225 *ὦ Ζεῦ πάτερ* u. a.", multa exempla eum errare demonstrant velut: Vesp. 161, Av. 61, Plut. 359, 854 *Ἄπολλον ἀποτρόπαιε*, Plut 438 *ἄναξ Ἄπολλον*, Ran. 750 *ὁμόγνιε Ζεῦ*, Vesp 143 *ἄναξ Πόσειδον*, Thesm. 1202 *Ἑρμῆ δόλιε* etc.

[2]) De articuli in antiquis Graecis comoediis usu. Lipsiae 1888.

eo careant, certas constituere non possumus". Equidem Aristophanem certas leges secutum esse sed has leges propter metri necessitatem vel commoditatem saepius neglexisse puto. Etiam Uckermann, qui omnia fere ad artem revocare studet, nonnulla exempla afferre cogitur, quae legibus ab eo latis accommodari non possunt velut Pac. 1253 et Plut. 178, ubi vox *Αἰγύπτιοι* sine causa articulum praepositum habet (p. 11), Av. 880, ubi *Χίοισι* articulo anaphorico eget (p. 11), Vesp. 1446, ubi *Δελφοί* (p. 10), Av. 292, ubi *Κᾶρες*, fr. 550/1, ubi *Ἴβηρες* fr. 677, ubi *Φρύγας* (p. 12) sine iusta causa articulum habent[1]).

Etiam aliis locis metri causa poeta articulum omisit velut:

Vesp. 351. *εἶτ' ἐκδῦναι ῥάκεσιν κρυφθείς, ὥσπερ πολύμητις*
Ὀδυσσεύς.

Vesp. 1413/14. . . . *γυναικὶ κλητεύοντι ἔοικας Θαψίνῃ*
Ἰνοῖ κρεμαμένῃ πρὸς ποδῶν Εὐριπίδου.

Nub. 622. *ἡνίκ' ἂν πενθῶμεν ἢ τὸν Μέμνον' ἢ Σαρπηδόνα.*

47. Hanc in articuli usu discordiam non solum in nominibus propriis sed etiam in aliis omnibus vocibus observamus. Leges, quas Fuller l. c. constituit, poetae persaepe metri causa neglexerunt.

Si formas *ἀνθρώπων, ἀνθρώποις, ἀνθρώπους* eligimus, articulum semper in iambis et trochaeis deesse in-

[1]) Vix probandum etiam id est, quod p. 19 de articulo apud vocem *Ἑλλάς* bis omisso (Av. 409. 998) dicit: „An diesen beiden Stellen ist die Scene in der der irdischen Welt entrückten Vogelstadt. Hellas ist für die Redenden irgend ein beliebiges fernes Erdenland, dem der Artikel also ebensowenig wie anderen irdischen Ländernamen zukommt, an der ersten Stelle (*ξένω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος*) würde durch den Artikel die ganze Wirkung der schönen Antwort leiden, an der zweiten (*Μένων, ὃν οἶδεν Ἑλλὰς χὠ Κολωνός*) ist er mit besonderer Feinheit ausgelassen, während er dem verhältnismässig wenig bekannten Demos Kolonos, der doch nur einen kleinen Teil Athens ausmacht, beigefügt ist, um dessen Bedeutung ins richtige Licht zu setzen". Sed prior locus exstat in systemate ex iambis puris composito:

Av. 406—9. *Χορ. ἰὼ ἔποψ, σέ τοι καλῶ.*
Επ. καλεῖς δὲ τοῦ κλύειν θέλων;
Χορ. τίνες ποθ' οἵδε καὶ πόθεν;
Επ. ξένω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος.

ubi *ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος* nequaquam poni poterat, altero loco propter hiatum articulus omissus est, nisi omnino *Ἡλλάς* legendum est.

venimus videlicet, quod metrum quattuor longas syllabas non concedit[1]: Ach. 881, 1126, 1127. Nub. 841 etc.; Eupolid. fr. 220. I p. 318. Platon. fr. 136. I p. 637 (fr. 37_{2}. I p. 610). Antiphan. fr. 98_{1}, 123_{2} II. p. 50. 59. Anaxandr. fr. 61_{2}. II p. 161. Amphid. fr. 17_{2}. II p. 241. Men. fr. 798. III p. 219 et qu. s. r.

At articulus plerumque praeponitur in anapaestis: Ach. 650, Nub. 444. Pac. 98. 1015. Av. 481[2]. 561. Ran. 1010. 1064. Plut. 490, 495. 498. 500. 502. 506. 511, 597. 547 (*πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις*, at in iambis et trochaeis *πᾶσιν ἀνθρώποις*[3]) legimus: Equ. 836. Thesm. 674. Plut. 461. 780. Men. fr. 669_{2}. 775. III p. 195. 216. Hipparch. fr. 2_{2}. III p. 273. Incert. fr. 120. III p. 431. Antiphan. fr. 94_{1}. II p. 49; *πάντας ἀνθρώπους* Ran. 701. Platon. fr. 37_{2}. I p. 610. Quinquies Aristophanes etiam in anapaestis articulum omisit: Vesp. 1029, Pac. 737, 739. Av. 520. Plut. 507. Poetae igitur articulum non utique ponere debebant[4].

48. Similiter metri commoditatem observamus in hoc exemplo: Equ. 1006 et 1010 in fine trimetri legimus *ἁπάντων πραγμάτων*, item Plut. 1112 in fine trimetri *πάντων πραγμάτων*, ubi videlicet articulum poeta omisit, ut seriem quattuor longarum syllabarum vitaret. Sed collocatione mutata etiam in tetrametro trochaico articulum posuit:

Ach. 310. *οὐχ ἁπάντων ὄντας ἡμῖν αἰτίους τῶν πραγμάτων.*

Item apud nominativum articulum posuit

Ach. 474. *ἐν φλέῳ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα.*

[1] Aristophanes semel in trimetro iambico illam difficultatem superavit articuli formam productam *τοῖσιν* in usum vocans Plut 161: v. supra p. 15.

[2] *ὡς οὐχὶ θεοὶ τούτων ἦρχον τῶν ἀνθρώπων τὸ παλαιόν.*
At in trimetro iambico Av. 185 legimus:
ὥστ' ἄρξετ' ἀνθρώπων μὲν ὥσπερ παρνόπων.

[3] Etiam in trimetro collocatione mutata articulum ponere potuerunt fr. 294_{1} *τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισιν*, item Men. fr 408_{2}. 668_{1} III p. 119. 195.

[4] Item in oratione soluta saepe articulus deest velut apud Thucydidem I 1_{11} *ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων*. I 93_{17} *ἀνθρώπων τὴν φυλακήν*. II 54_{6} *ἀνθρώπων θνῃσκόντων*. II 64_{30} *ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις*, IV 34_{5} *ἔκπληξις ἐνέπεσεν ἀνθρώποις* etc. Saepius articulus additus est velut: I 21_{11}. 141_{4}. II 6_{27}. 8_{28}. 48_{4}. 54_{10}. III 39_{13} etc.

49. Etiam in adiuratione *πρὸς (τῶν) θεῶν* vim metri observare possumus. Usitata forma apud comicos est *πρὸς τῶν θεῶν*, ut ex permultis exemplis videre licet: Ach. 95. 341. 1390, Nub. 200. 481. 784. 1103. Vesp. 484. 760. 919. 1218. 1388 et qu. s. r.[1]. Sed nonnunquam articulus deest: Pac. 9. Av. 663. Eccl. 1095. Plut. 1147; Strattid. fr. 60. I p. 728. Antiphan. fr. 55_{12}. fr. 228_{1}. II p. 33. 111. Men. Cair. Her. 33. Epitr. 15. 469. Sam. 88. 107.

Id metri causa factum esse vel inde concludendum esse mihi videtur, quod octo locis articulo adiecto series quattuor longarum syllabarum oreretur:

Av. 663. *αὐτοῦ πρὸς θεῶν,*
Eccl. 1095. *μετὰ σοῦ. μὴ πρὸς θεῶν.*
Plut. 1147. *ξύνοικον πρὸς θεῶν,*
Strattid. fr. 60. *γαλῆν ὁρῶ — ποῖ, πρὸς θεῶν.*
Antiphan. fr. 228. *τοῦ ἂν τις ἄλλου πρὸς θεῶν.*
Men. Cair. Epitr. 15. *μὴ καταφρον[ήση]ς, πρὸς θεῶν. . .*
469. *θαυμαστὸν οἷον, πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων.*
Sam. 107. *τὸν ἀσεβῆ. — μὴ πρὸς θεῶν.*

Eadem de causa Alexis. fr. 245_{14}. II p. 387 et Men. Cair. Epitr. 183 articulum apud vocem *θεούς* omiserunt:

καὶ ταῦτ' ἐγώ, μὰ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεούς.
τοῦ δεσπότου 'στί, νὴ τὸν Ἀπόλλω καὶ θεούς.

50. Persaepe substantiva cum praepositionibus coniuncta et apud prosae scriptores et apud poetas articulo carent[2]) velut: *ἐν ἀγορᾷ* Ach. 21. 533, Equ. 293, 1009. 1245. 1373, Nub. 1055. Vesp. 492. 1372. Plut. 787, fr. 111; *εἰς ἀγοράν* Equ. 147, Thesm. 457. Ran. 1350. Eul. 62. 711, 728, 819, Plut. 874. (Alia exempla Fuller l. c. attulit.)

Sed saepe tantum metri causa articulum omissum esse inde apparet quod ubique apud Aristophanem legimus *ἐν τἠκκλησίᾳ*: Equ. 76. 1340. Pac. 667. Lys. 390. Eccl. 135. 188. 191, 249, Plut. 330. Certe igitur poeta etiam *εἰς τὴν ἐκκλησίαν* et *ἐκ τῆς ἐκκλησίας* scripsisset, nisi series quattuor longarum syllabarum metro iambico obsisteret. Itaque legimus ubique articulo

[1]) Cf. Fuller l. c. p. 75.

[2]) Cf. Kuehner-Blass II_{1} p. 605 sq., qui multa exempla e prosae scriptoribus affert. Fuller l. c. p. 65 sq.

omisso *εἰς ἐκκλησίαν*: Ach. 28, Eccl. 270, 289, 352, 490, 740; *ἐξ ἐκκλησίας*: Eccl. 376, 501, 548 [1]).

Eadem de causa certe articulus semper in voce *βουλή* deest, si cum praepositione coniuncta est: *ἐς βουλήν* Equ. 475, Phrynich. fr. 44, I p. 382; *ἐν βουλῇ* Equ. 722 [2]).

Ut quattuor longas syllabas evitaret, poeta semel etiam *ἐν πυκνί* scripsit:

Eccl. 243. *ἐν ταῖς φυγαῖς μετὰ τἀνδρὸς ᾤκησ᾽ ἐν πυκνί.*

Nam *ἐς τὴν πύκνα* legimus Equ. 751, Eccl. 281, 283; *ἐν τῇ πυκνί* Equ. 749, Vesp. 31, Pac. 680.

51. Ut Fuller p. 76 recte demonstravit, comici plerumque substantivo articulum addere solent, si relativum sequitur velut:

Ach. 6. *τοῖς πέντε ταλάντοις οἷς Κλέων ἐξήμεσεν*
Ach. 727. *ἐγὼ δὲ τὴν στήλην καθ᾽ ἣν ἐσπεισάμην*
Equ. 116, 253/4, 676/7, 795, 1199, 1405, 1408, multis aliis locis. Sed nonnunquam, ut seriem longarum syllabarum evitarent, articulum omiserunt:

Nub. 1132/4. *εἶθ᾽ ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν*
δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι,
εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ᾽ ἕνη τε καὶ νέα.
Eccl. 21/2. *αὐτίκα μάλ᾽ ἔσται· καταλαβεῖν δ᾽ ἡμᾶς ἕδρας*
ἅς Φυρόμαχός ποτ᾽ εἶπεν . . .

52. Saepius propter metri commoditatem articulus deest, ubi propter possessivum sensum eum certe exspectamus [3]):

Vesp. 27. *δεινόν γε τοὔστ᾽ ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα* [4]).

[1]) Apud Thucydidem semper articulum legimus: *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ* II 13_{10}, III 41_{6}, IV 29_{1}, V 46_{16}, VI 88_{5}; *ἐς τὴν ἐκκλησίαν* I 87_{13}; *πρὸς τὴν ἐκκλησίαν* VI 51_{25}.

[2]) Apud Thucydidem legimus *ἐς τὴν βουλήν* III 70_{2}, *ἐν τῇ βουλῇ* V $45_{29,9}$. Etiam in inscriptionibus usque ad mortem Alexandri Magni (Sylloge inscr. Graec. it. ed. Dittenberger) semper fere articulum additum invenimus velut: *ἐν τῇ βουλῇ* 50_{35}, *εἰς τὴν βουλήν* 57_{34}, *πρὸς τὴν βουλήν* 19_{38}, 33_{27}, 49_{29}, 91_{16}, *ὑπὸ τῆς βουλῆς* 86_{72}. Semel tantum 17_{12} *πρὸς βουλήν* inveni.

[3]) Cf. Fuller l. c. p. 42 sqq.; Cobet, Nov. lect. p. 614.

[4]) Articulus alio versus loco invenitur:

Av. 448/49 . . . *τοὺς ὁπλίτας νυνμενὶ*
ἀνελομένους θὤπλ᾽ ἀπιέναι πάλιν οἴκαδε.

Lys. 101. *πάσαισιν ὑμῖν ἐστιν ἀποδημῶν ἀνήρ.*
Lys. 882. *ἔγωγ' ἐλεῶ δῆτ'· ἀλλ' ἀμελὴς αὐτῷ πατήρ ἐστιν.*
Thesm. 349. *κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν κᾠκίαν.*
Ran. 750. *ὁμόγνιε Ζεῦ· καὶ παρακούων δεσποτῶν ἅττ' ἂν λαλῶσι;*
Ran. 844. *καὶ μὴ πρὸς ὀργὴν σπλάγχνα θερμήνῃς κότῳ.*
(*τὰ σπλάγχνα* exstat Nub. 1036. Ran. 473. 1006. Plut. 1131.)
Ran. 1149. *οὗτος ἂν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος.*
Sannyrion. fr. 8_4. I p. 794.
ὁ τραγικὸς ἀνακράγοι τ' ἂν εἰς ἐχθροὺς μέγα.
Amphid. fr. 39. II p. 248.
τοῦτον ταχέως νόμιζε κἂν τάξιν λιπεῖν.
Antiphan. fr. 102_4, II p. 51.
μαλακαῖς καλαῖς τε χερσὶ τριφθῆναι πόδας.
eiusd. fr. 106_1 sqq., p. 53.
. . . λοῦται δ' ἀληθῶς; ἀλλὰ τί;
ἐκ χρυσοκολλήτου γε κάλπιδος μύρῳ
Αἰγυπτίῳ μὲν τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη,
φοινικίνῳ δὲ τὰς γνάθους καὶ τιτθία.
eiusd. fr. 176_6, p. 83.
μίμημα χειρὸς Ἀττικῆς. οὓς δημόταις
Θεαρίων ἔδειξεν.
Alexid. fr. 141_3, II p. 348.
ἐρῶμεν ἀλλοτρίων, παρορῶμεν συγγενεῖς[1]).
Philem. fr. 199, II p. 531.
βούλου γονεῖς πρώτιστον ἐν τιμαῖς ἔχειν[2]),
eiusd. fr. 200.
ἡδύ γε πατὴρ τέκνοισιν εἰ στοργὴν ἔχοι.
Men. fr. 806, III p. 220.
δίκας γραφόμενος πρὸς γονεῖς μαίνει, τάλαν,
eiusd. fr. 520_1, p. 149.
μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν.
Men. Cair. Sam. 345.
τοῦτ' ἔστι μήτηρ· ὁ τρόφιμος ζητητέος.

1) At fr. 201_2, p. 371. *Στράτων, φιλεῖς δήπου με; — μᾶλλον τοῦ πατρός.*
2) Idem recte articulum posuit fr. 237, p. 538:
βεβαιοτέραν ἔχε τὴν φιλίαν πρὸς τοὺς γονεῖς.

Item Herond. I 56/7.

ἰδών σε κατόδῳ τῆς Μίσης ἐκύμηνε
τὰ σπλάγχν' ἔρωτι καρδίην ἀνοιστρηθείς.

53. Etiam compluribus aliis locis propter metri commoditatem voces, etsi definitae sunt, articulo carent.

Bis in voce *λήκυθος*, ut seriem quattuor longarum syllabarum evitaret, poeta articulum omisit:

Ran. 1215/6. . . . *πρὸς γὰρ τουτονὶ*
τὸν πρόλογον οὐχ ἕξει προσάψαι λήκυθον.

Ran. 1231. *ἵν' οὗτος οὐχ ἕξει προσάψαι λήκυθον.*

At *τὴν λήκυθον* legimus omnibus aliis locis:

Ran. 1234. *ὁρᾷς, προσῆψεν αὖθις αὖ τὴν λήκυθον.*

Item Ran. 1214, 1224, 1226.

Similiter Plut. 578 legimus

αὐτοῖς. οὕτω διαγιγνώσκειν χαλεπὸν πρᾶγμ' ἐστὶ δίκαιον.

At in sequente versu Plut. 579:

τὸν Δία φήσεις ἀφ' οὐκ ὀρθῶς διαγιγνώσκειν τὸ κράτιστον.

Pherecr. fr. $145_{1/2}$, I p. 188.

λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα, σοί τε γὰρ κλύειν,
ἐμοί τε λέξαι μῦθον ἡδονὴν ἔχει.

Eupol. fr. 151_1, I p. 299.

ἄκουε δὴ σκευὴ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν.

(At fr. 207, p. 315 rectius exstat

τοῖς κνιδίοισι τοῖσιν ἐπὶ τῶν τειχίων.)

Men. fr. $544_{2/3}$, III p. 164.

ὅταν φάγωσ' ἰχθὺν ἐκεῖνοι, διά τινα
αὐτῶν ἀκρασίαν τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
οἰδοῦσιν.

Philippid. fr. 25_7, III p. 308.

ταῦτα καταλύει δῆμον, οὐ κωμῳδία.

Incert. fr. 452, p. 494.

ἐν οἷς τὸ νικᾶν βλαβερόν, ἡττᾶσθαι καλόν.

54. Item apud Herondam legimus I 1

ἀράσσει τὴν θύρην τις. et I 3 *τί|ς τὴν| θύρην*
et I_{12} *πρὸς τὴν θύρην ἐλθοῦσαν.*

Sed articulum omissum invenimus II 50

Θαλῆν μετελθεῖν . ἢ θύρην δέ τις κόψῃ.
et VII 123 *ἢ μέζον ἵππου πρὸς θύρην κιχλίζουσα.*

55. Tragici, quamquam in articuli usu valde a comicis discedunt (vide Ellendt Lex. Soph. p. 483 sqq.), tamen ipsi quoque permultis locis nihil aliud nisi metrum respexerunt. Nonnulla e multis exemplis affero. Saepius vel concinnitatem laedere non verebantur articulo omisso velut:

Soph. El. 265. *λαβεῖν ϑ᾽ ὁμοίως καὶ τὸ τηϑᾶσϑαι πέλει.*

1023. *ἀλλ᾽ ἦ φύσιν γε, τὸν δὲ νοῦν ἥσσων τότε.*

Trach. 929. *κἂν ᾧ τὸ κεῖσε δεῦρό τ᾽ ἐξορμώμεϑα,*

1068. *εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν,*

Phil. 963/4. *τί δρῶμεν; ἐν σοὶ καὶ τὸ πλεῖν ἡμᾶς, ἄναξ,*
ἤδη ἐστὶ καὶ τοῖς τοῦδε προσχωρεῖν λόγοις.

Oed. R. 626/7. *οὐ γὰρ φρονοῦντά σ᾽ εὖ βλέπω. – τὸ γοῦν ἐμόν,*
ἀλλ᾽ ἐξ ἴσου δεῖ κἀμόν.

Oed. Col. 782. *λόγῳ μὲν ἐσϑλά, τοῖσι δ᾽ ἔργοισιν κακά,*

1313/4. . . . *τὰ πρῶτα μὲν*
δόρει κρατύνων, πρῶτα δ᾽ οἰωνῶν ὁδοῖς.

Eur. Heracl. 476. *γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν*
κάλλιστον.

Phoen. 473/4. *ἐγὼ δὲ πατρὸς δωμάτων προυσκεψάμην*
τοὐμόν τε καὶ τοῦδ᾽ . . .

495/6. . . . *ἀλλὰ καὶ σοφοῖς*
καὶ τοῖσι φαύλοις ἔνδιχ᾽ . . .

56. Iidem in multis aliis locutionibus articulum modo posuerunt, modo omiserunt, prout metrum postulabat. Ex Euripidis tragoediis nonnulla exempla affero:

Iph. Aul. 99, 456. *πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν.*

at ibid. 104. *πρὸς δάμαρτ᾽ ἐμήν.*

1262. *διὰ σὲ καὶ τοὺς σοὺς γάμους.*

at 1165. *περὶ σὲ καὶ δόμους,* 883 *εἰς σὲ καὶ σὴν παῖδα.*

Iph. Taur. 765. *τὸ σῶμα σώσας.*

at 757. *σῶμα δ᾽ ἐκσώσω μόνον.*

Permultis locis in Iph. Taur. vocem *ξένοι, -ον* etc. cum articulo coniunctum invenimus: v. 310, 342, 468, 1154, 1178, 1188, 1204, 1205 etc. Sed nonnullis locis articulus deest videlicet metri causa:

v. 281 . . . ἅτερος λιπὼν ξένοιν (310 ἅτερος δὲ τοῖν ξένοιν).
1224/5. . . . τά τ' ἄλλ' ὅσα
προυθέμην ἐγὼ ξένοισι . . .

5. De pronominibus.

57. Etiam in pronominum usu metri vim nonnunquam cognoscere possumus. Saepe poetae pleniores formas pronominis personalis ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ pro encliticis μοῦ, μοί, μέ adhibuerunt non quo vocibus graviorem vim tribuerent sed quia metro obsecundabant velut: Av. 545 ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ, Av. 1497 ἐμοῦ κατόπιν ἐνταῦθα. Thesm. 186 σώσεις ἐμέ in fine trimetri, item Thesm. 187 ἀξίως ἐμοῦ et qu. s. r.

Eodem modo varias formas pronominis possessivi adhibuerunt, prout metrum postulabat. Plurimis locis ἐμός ἐμή ἐμόν et μοῦ, rarius ἐμαυτοῦ invenimus. Satis sit exemplum usitatae elocutionis afferre: καρδίαν ἐμήν invenitur Thesm. 869, μοῦ τὴν καρδίαν Ach. 12, Nub. 1368, Ran. 484, Antidot. fr. 4_2, II p. 411, simpliciter τὴν καρδίαν pronomine omisso Lys. 9, Ran. 54, τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν Ach. 1.

Semel hiatus evitandi causa poeta pronomen demonstrativum ταύτην pro αὐτήν adhibuit:

Lys. 596/7. τῆς δὲ γυναικὸς μικρὸς ὁ καιρός, κἂν τούτου μὴ 'πιλάβηται,
οὐδεὶς ἐθέλει γῆμαι ταύτην, ὀττευομένη δὲ κάθηται.

58. Alia exempla huius generis apud tragicos invenimus. Certe metri causa, ut positionem vel anapaestum evitarent, saepius pronominis reflexivi tertiam personam pro prima et altera persona usurpaverunt:

Aesch. Choeph. 221. αὐτὸς καθ' αὑτοῦ τἄρα μηχανορραφῶ.
Soph. Ai. 1132. τούς γ' αὐτὸς (scil. σύ) αὑτοῦ πολεμίους; οὐ γὰρ καλόν.
Trach. 451. εἰ δ' αὐτὸς αὑτὸν ὧδε παιδεύεις.
Praeterea Oed. Col. 929, 966, 1356.
Eurip. Heracl. 142. . . . δίκαιοι δ' ἐσμὲν οἰκοῦντες πόλιν
αὐτοὶ καθ' αὑτῶν κυρίους κραίνειν δίκας.

Iidem nonnunquam in uno versu utraque forma pronominis demonstrativi οὗτος et ὅδε de eadem persona usi sunt metro cogente:

Soph. Ant. 189. ἥδ' ἐστὶν ἡ σῴζουσα καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.
296. . . . τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων.
673. αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν· ἥδε συμμάχου δορὸς
τροπὰς καταρρήγνυσι.
Praeterea El. 369, 981, Phil. 1434.

6. De verbo.

59. Etiam temporum usum comici interdum metro accommodaverunt, quod ex imperativi praesentis et aoristi apud Aristophanem usu intellegas. Multa exempla, e quibus maxime usitata afferam, demonstrant eum utramque formam adhibuisse, prout metrum postulabat.

Formam praesentis ἔα semper ante consonantes legimus:
Nub. 932. δεῦρ' ἴθι. τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι.
Pac. 649. ἀλλ' ἔα τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον οἵπερ ἔστ' εἶναι κάτω.
Av. 1368, Lys. 945, Thesm. 64, 176, 933, Eccl. 564, 784.

At aoristi formam ἔασον ante vocales[1]):
Nub. 38. ἔασον ὦ δαιμόνιε, καταδαρθεῖν τί με,
Nub. 697. χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι.
Pac. 328, Lys. 350, Thesm. 611, 1020, 1077, Ran. 952, 1239, Eccl. 1059.

Pro praesentis forma ἐᾶτε (Lys. 207, 592, 1172) bis in fine trimetri vel trochaici tetrametri aoristum ἐάσατε invenimus:
Ach. 305. ὦγαθοί, τοὺς μὲν Λάκωνας ἐκποδὼν ἐάσατε,
Ach. 383. νῦν οὖν με πρῶτον πρὶν λέγειν ἐάσατε.

Imperativum praesentis λέγε poeta in deliciis habuit, cum bonam trimetri clausulam faceret. Quam ob rem viginti quinque exempla (i. e. dimidia fere pars) illo loco inveniuntur:
Ach. 812. πόσου πρίωμαί σοι τὰ χοιρίδια; λέγε.
Ach. 897. ἀλλ' εἴ τι πωλεῖς τῶνδε τῶν ἄλλων, λέγε.
Equ. 13, 24, 131, 737, 786, 1247 et qu. s. r.

---

[1]) Semel loco lyrico etiam ante consonantem:
Thesm. 1077. ὦγάθ', ἔασόν με μονῳδῆσαι.

Aliis locis persaepe *εἰπέ, εἶπ', εἴφ'* legimus: Ach. 137, 319, 328, 588 etc., pro qua forma poeta *λέξον* adhibuit partim hiatus evitandi causa:

Vesp. 15. *ἀτὰρ σὺ λέξον πρότερος. — ἐδόκουν ἀετὸν*
28. *ἀτὰρ σὺ τὸ σὸν αὖ λέξον — ἀλλ' ἐστὶν μέγα.*

Vesp. 936, Ran. 1020, partim positionis efficiendae causa:

Nub. 1370. *λέξον τι τῶν νεωτέρων, ἅττ' ἐστὶ τὰ σοφὰ ταῦτα.*
Av. 1668. *μέτεστιν; — οὐ μέντοι μὰ Δία. λέξον δέ μοι.*
Nub. 340, Vesp. 963, fr. 222_1.

Aoristus *φράσον*, quem tricies bis Aristophanes adhibuit, decies quinquies in fine versus exstat velut Ach. 98, 1064, Equ. 1357, 1365 et qu. s. r. Praesentis forma *φράζε φράζ'* ter decies tantum invenitur velut Nub. 359, Vesp. 1210, Pac. 186 etc.

Pro usitata forma *φέρε φέρ'* Ach. 584, 1007, 1061, 1067 etc. nonnunquam in puris trimetris sine solutionibus compositis[1]) aoristus *οἶσε* legitur:

Ach. 1099. *ἅλας θυμίτας οἶσε, παῖ, καὶ κρόμμυα.*
Ach. 1101. *θρῖον ταρίχους οἶσε δεῦρο, παῖ, σαπροῦ.*
Ach. 1122, Ran. 482.

7. De vocibus omissis.

60. Persaepe poetae voces omiserunt, si talem in modum versus facilius componi poterat. Atque articulum eos saepe omisisse iam antea vidimus (p. 27 sqq.). Pronominis vero personalis formas, quas ponere praeferebant, tamen nonnunquam neglexerunt:

Nub. 81. *κύσον με καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν.*
Ran. 1159. *χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει, κάρδοπον.*

Dilucide in formula *ἀντιβολῶ (σε)* hoc observare possumus. Plurimis enim locis pronomen *σε* additum est:

Ach. 414, 431, 582, 1031, Equ. 960, Nub. 110, 314, Vesp. 162, 975, Pac. 87, 377, 400, Av. 207, Eccl. 917, 1055, Plut. 444, Platon. fr. 173_3, I p. 646, Mnesimach. fr. 3_1, II p. 436.

At pronomen propter metri commoditatem omittitur:

Equ. 1202. *εἶπ', ἀντιβολῶ, πῶς ἐπενόησας ἁρπάσαι;*

---

[1]) v. supra p. 2 adn.

Plut. 103. ἐμέλλετόν μοι: — καὶ σύ γ'. ἀντιβολῶ. πιθοῦ. Vesp. 1388, Eccl. 1071, Platon. fr. 191_1, I p. 655.

Nonnullis locis etiam solutionis evitandae causa pronomen omissum est:

Equ. 109. εἶπ', ἀντιβολῶ, τί ἐστι; — τοὺς χρησμοὺς ταχὺ

142. εἶπ', ἀντιβολῶ, τίς ἐστιν; — εἴπω — νὴ Δία.

Nub. 155, 224. ἀντιβολῶ, κάτειπέ μοι.

Eodem modo res se habet in formula ἱκετεύω (σε). Pronomen appositum est Equ. 1100, Nub. 696, Thesm. 751, 1002, Ran. 167; propter metri commoditatem deest his locis:

Ran. 11. μὴ δῆθ', ἱκετεύω, πλήν γ' ὅταν μέλλω 'ξεμεῖν.

Eubul. fr. 115_1, II p. 205.

καὶ γὰρ πόσῳ κάλλιον, ἱκετεύω, τρέφειν.

Philetaer. 7_1, II p. 232.

τί δεῖ γὰρ ὄντα θνητόν, ἱκετεύω, ποιεῖν;

Ran. 299, 745, Eccl. 970 (lyr.).

61. Commoditati metricae interdum etiam id tribuam, quod poetae copulam εἰμί omiserunt. Neque tam de tertia persona indicativi praesentis dicam, quam de prima, quae apud omnes scriptores rarius omitti solet. Tres locos apud comicos inveni:

Equ. 343. ὅτιὴ λέγειν οἷός τε κἀγὼ καὶ καρυκοποιεῖν[1]).

Lys. 719. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὰς ἀποσχεῖν οὐκέτι

οἵα τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν · ἀποδιδράσκουσι γάρ.

Hermipp. fr. 50, I p. 239.

τίς ἔσθ' ὁ πωλῶν τἀνδράποδ'; — ὅδ' ἐγὼ πάρα.

Item Sophocles copulam omisit Oed. R. 91/92:

εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,

ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω[2]).

62. Concinnitatem Aristophanes adeo non curavit, ut metri causa tertio loco particulam ἄν omitteret:

Nub. 426. οὐδ' ἂν θύσαιμ' οὐδ' ἂν σπείσαιμ', οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν.

Praeterea poeta in locutione μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ (ἀγορᾷ) apud vocem γῇ praepositionem omisit videlicet quod μήτ' ἐν γῇ μήτ' . . . metro iambico et trochaico non aptum erat:

[1]) Cf. Kockii adnotationem.

[2]) De Euripide cf. Guil. Wilke. De Ellipsi copulae verbi εἶναι in fabulis Euripideis. Diss. Vrat. Javoriae 1877.

Ach. 533. *ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ᾽ ἐν ἀγορᾷ*
Equ. 610. *μήτε γῇ μήτ᾽ ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας.*

Ceteris locis, ubi brevis syllaba sequitur etiam vox *γῇ* cum praepositione coniuncta est:

Vesp. 22. *ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ τ᾽ ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ.*
Vesp. 678. *σοὶ δ᾽ ὧν ἄρχεις πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ᾽ ἐφ᾽ ὑγρᾷ πιτυλεύσας.*

Antiphan. fr. 101, II p. 51.
ἐν γῇ πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.

8. De liberiore vocabulorum collocatione.

63. Vocabulorum collocatio liberior omnium temporum poetis sponte se offerebat ad difficultates metricas superandas. Longum est omnes collocationis usitatae mutationes afferre, quas comici metro cogente adhibuerunt. Satis sit nonnullas enumerare, quae notandae mihi esse videntur vel saepius repetuntur[1].

Saepius praepositiones anastropha loco moventur, cuius rei apud Aristophanem omnia fere exempla Joannes Iltz in dissertatione Halensi collegit[2]. Equidem haec exempla addo:

Cratet. fr. 17_2, I p. 135. *ἡμῶν δ᾽ ἄπο.*
Ophelion. fr. 1, II p. 293. *ἀνθράκων ἔπι.*
Ran. 1212. *Παρνασὸν κάτα* (Eurip. parod.).
Men. fr. 820, III p. 222. *χρόνου μέτα.*
Men. fr. 678_2, III p. 196. *τῆς ἀληθείας πέρι.*
Vesp. 1118. *τῆς χώρας ὕπερ.*
Inc. fr. 450, III p. 493. *μύλης ὕπο.*

Poetas hanc praepositionum anastropham metri causa adhibuisse vel inde apparet, quod praeter paucos locos (lyricos: Nub. 279, 956, Lys. 1289, anapaesticum: Cratet. fr. 17_2, iambicum: Lys. 1146) praepositiones semper in fine versus leguntur videlicet, quod bonam versus clausulam facerent: Vesp. 1118, Pac. 19, 105, 216, Av. 23, 113, 1101, 1517, 1631, Lys. 190, 627, 1145, 1235, Thesm. 1102, Ran. 809, 1426, Eccl. 4, Plut. 199 etc. Ea de causa etiam multo saepius tragici hac ana-

[1]) De articuli positione commutata vide Fuller l. c. p. 32 E.

[2]) De vi et usu praepositionum *ἐπί, μετά, παρά, περί, πρός, ὑπό* apud Aristophanem. Hal. Sax. 1890.

stropha usi sunt, praesertim cum anapaestos in trimetro ponere eis non liceret et eam ob rem praepositiones pyrrhichium explentes commode tantum in fine versus poni possent. Aeschylus, ut exempla afferam, in Agamemnone novies, Sophocles in Aiace duodevicies, Euripides in Medea quater decies praepositiones in fine versus posuit.

64. Alterum genus mutatae positionis est, ut verbum una cum coniunctione in fine enuntiationis ponatur, quae ab eo pendet. Saepius hoc fit in usitata elocutione *οἶδ᾽ ὅτι* vel *ἴσθ᾽ ὅτι*, quam poetae maxime in fine ponere adamaverunt:

Vesp. 1348. *ἀλλ᾽ οὐκ ἀποδώσεις οὐδ᾽ ἐφιαλεῖς, οἶδ᾽ ὅτι.*
Pac. 365. *Ἑρμῆς γὰρ ὢν κλήρῳ ποιήσεις οἶδ᾽ ὅτι.*
Nub. 1175, Av. 1408, Lys. 154, fr. 152_{2}, Alexid. fr. 266_{5}, II p. 395, Men. Cair. Epitr. 108, Sam. 181.

Aliud exemplum huius generis est:

Nub. 1274. *ληρῶ, τὰ χρήματ᾽ ἀπολαβεῖν εἰ βούλομαι.*

65. Saepe propter necessitatem metricam adiectivum vel genetivum partitivum longe a nomine suo distractum invenimus:

Equ. 109/10. *τοὺς χρησμοὺς ταχὺ*
κλέψας ἔνεγκε τοῦ Παφλαγόνος ἔνδοθεν.
Equ. 1209/10 *τῷ δῆτ᾽ ἂν ὑμᾶς χρησάμενος τεκμηρίῳ*
δόξαιμι κρίνειν τοῖς θεαταῖσιν σοφῶς;
Av. 1249. *πέμψω δὲ πορφυρίωνας ἐς τὸν οὐρανὸν*
ὄρνις ἐπ᾽ αὐτόν.
Ran. 854. *ἵνα μὴ κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι*
Eccl. 1102/3 *. . . . . βαρυδαίμων μὲν οὖν*
νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρ᾽ ἀνὴρ καὶ δυστυχής.
Alexid. fr. 240_{8}, II p. 385.
τίς οὖν τοιαύτην παῖς ἔχων ἔσται φύσιν;
Philem. fr. 234_{1}, II p. 537.
λύουσιν ἡμῶν συμφοραὶ τὰς συμφοράς.
Men. fr. 567, III p. 173. *. . . . ποῦ ποθ᾽ αἱ φρένες*
ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
τὸν χρόνον, . . .

66. Tmesin etiam in hac commentationis parte ducam, quod item hac re ordo verborum commutatur. Quod Kuehner in arte grammatica (II 1 p. 530 et 535) dicit poetas ea usos esse „auf künstlerische Weise zur Hebung und Steigerung des Ausdruckes“ et Aristophanem eam tantum in canticis adhibuisse, „in denen er in schwungvoller Sprache die feierliche und erhabene Ausdrucksweise der Tragiker parodierte“, valde dubito, an recte iudicaverit, praesertim cum tmesin etiam in deverbiis inveniamus. Immo metro eum adductum esse putaverim. Sunt autem haec exempla in deverbiis:

Nub. 792, 1440. *ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι.*
Vesp. 784. *ἀνά τοί με πείθεις.*
Av. 1456. *ἀπὸ γάρ μ' ὀλεῖς.*
Ran. 1047. *καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν,*
Plut. 65. *ἀπό σ' ὀλῶ κακόν.*

Tragicos item nisi metri causa tmesin non adhibuisse dilucide ex eis exemplis apparere mihi videtur, ubi praepositionem etiam in finem versus reiecerunt:

Soph. Phil. 343. *ἦλθον με νηὶ ποικιλοστόλῳ μέτα.*
Eur. Alc. 46. *δάμαρτ' ἀμείψας, ἣν σὺ νῦν ἥκεις μέτα.*
Hec. 503. . . . *ἥκω Δαναϊδῶν ὑπηρέτης*
Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.
Praeterea vide Ai. 675, Ant. 427, 432, 1233, El. 713, 746, Trach. 565, 925, 1053, 1055 et qu. s. r.

Etiam Herondas eam adhibuit:

I 37. *κατ' οὖν λήσεις.*
IV 29. *ἐκ τάχα ψύξει.*
49. *ὡς ἔκ με καίεις.*
60. *πρὸς γὰρ οἱ κεῖνται.*

67. Alterius tmeseos exempla habemus iis locis, quibus suffixum *-ι* particulis *γέ, μέν, δέ* additum a voce sua diremptum est[1]):

[1]) Cf. Kuehner-Blass II p. 620 adn. 2 Cobet Nov. lect. p. 142.

Ran. 965. *τουτουμενὶ Φορμίσιος Μεγαίνετός θ' ὁ Μανῆς*
Lys. 604. *καὶ τουτονγὶ λαβὲ τὸν στέφανον*[1]).
535. *καὶ τουτονγὶ τὸν καλαθίσκον* (lyr.)
Ach. 784. *ἀλλ' οὐχὶ θύσιμός ἐστιν αὑτηγί. — σά μάν*[2]);
Av. 1364. *τὸν μὲν πατέρα μὴ τύπτε· ταυτηνδὶ λαβὼν*
Equ. 721. *χὠ πρωκτὸς οὑμὸς τουτογὶ σοφίζεται.*
Lys. 1102. *πρέσβεις — καλῶς δὴ λέγετε· χἠμεῖς τουτογί.*
Praeterea Vesp. 781, Pac. 331, Av. 894, Lys. 147, 779, 942, 1102, Thesm. 880, Eccl. 719.

Plut. 227. *καὶ δὴ βαδίζω· τουτοδὶ τὸ κρεάδιον*
Ach. 912. *φαίνω πολέμια ταυταγί — τί δαὶ παθών*[3]);
Pac. 1057. *ὀπτᾶν ἄμεινον πρῶτον — ἀλλὰ ταυταγὶ ἤδη 'στὶν ὀπτά.*
Praeterea Av. 445, 954, Eccl. 189.

Av. 644. *ἐμοὶ μὲν ὄνομα Πεισθέταιρος — τῳδεδί;*
Av. 17/8. ..... *τουτονὶ*
κολοιὸν ὀβολοῦ, τηνδεδὶ τριωβόλου.
Eccl. 989. *οὐκ οἶδ' ὅτι λέγεις. τηνδεδί μοι κρουστέον.*
Lys. 1274. *ἀπάγεσθε ταύτας, ὦ Λάκωνες, τασδεδὶ*
Av. 448. *ἀκούετε λεῴ· τοὺς ὁπλίτας νυνμενὶ*
Equ. 1357. *ἀλλ' οἵ σε ταῦτ' ἐξηπάτων. νυνδὶ φράσον*[4])
Thesm. 646. *οὐκ ἐνγεταυθί — μἀλλὰ δεῦρ' ἥκει πάλιν.*
Metagen. fr. 6₅, I p. 706.
τὰ δὲ μικρὰ ταυτὶ ποτάμι' ἐνμεντευθενὶ[5]).

Persaepe vero particulas post suffixum *-ι* positas invenimus velut *αὑτηΐ γε* Av. 301, *ταυτηνὶ δὲ* Nub. 848, *τουτὶ δὲ*

[1]) Id Elmsleius coniecit pro codicum *τουτονί*.

[2]) Elmsleii Av. 821 pro codicum *αὕτη γ' ἡ* . . . coniectura *αὑτηγίγε*, quam Dindorfius, Kockius, Meinekius, Bergkius receperunt, reicienda esse mihi videtur, praesertim cum metro non postuletur et relativum *ἵνα*, quod sequitur, articulum poni iubeat (v. supra p. 31):

Av. 821. *ἆρ' ἐστὶν αὕτη γ' ἡ Νεφελοκοκκυγία,*
ἵνα καὶ τὰ Θεαγένους τὰ πολλὰ χρήματα;

[3]) Hunc versum nescio qua de causa Bergkius mutavit in
φαίνω πολέμια ταῦτα — τί δαὶ κακὸν παθών;

[4]) Cf. Kockii adnotationem.

[5]) Ita Elmsleius correxit pro *ἐν μὲν ἐντεῦθεν*.

Nub. 201. Pac. 890. Ran. 648. *τουτί γε* Eccl. 523. *ταυτί γε* Eccl. 82. *τονδὶ δέ* Equ. 881, *τηνδὶ δέ* Vesp. 1132, *τωνδὶ δέ* Ach. 609, *τασδὶ δέ* Vesp. 1158. Lys. 283, *νυνὶ δέ* Equ. 531, Nub. 1403, Vesp. 232 etc., *ἐντευθενὶ δέ* Pac. 823. 1247. et qu. s. r.

68. Metro etiam tribuendum esse putaverim, quod comici particulas *γάρ* et *δέ* saepissime usitato loco moverunt[1]). Ex magno exemplorum numero nonnulla affero:

Av. 1545. *ἀεί ποτ' ἀνθρώποις γὰρ εὔνους εἰμ' ἐγώ.*

Nub. 1198. *ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι ποιεῖν.*

Alexid. fr. 36, II p. 311.
ὁ δεσπότης οὑμὸς περὶ λόγους γάρ ποτε

Philem. fr. 60_1, II p. 493. *. . . . τοὺς ἐν τῇ πόλει*
μάρτυρας ἔχω γάρ ὅτι . . .

Alexid. fr. 70, II p. 320.
ὡς ὅστις αὐτῆς τῆς ἀκμῆς τῶν σωμάτων
ἐρᾷ, τὸν ἄλλον δ' οὐδὲ γινώσκει λόγον.
(At eiusd. fr. 187_4, 281 *τὸ δ' ἄλλο.*)

Timocl. fr. 8_{13}, II p. 455.
ἵνα μὴ δὲ πολλὰ μακρολογῶ δι' ἡμέρας.

Xenarch. fr. 2_4, II p. 468.
ἢ τοῦ δὲ σωτῆρος Διὸς τάχιστά γε

Men. fr. 555_3, III p. 169.
τοῖς ζῶσι καὶ λυπηρά. πάντες εἰς σὲ δέ .

69. Raram verborum collocationem praeterea his locis invenimus:

Nub. 198/9 *ἀλλ' οὐχ οἷόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα*
ἔξω διατρίβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον.

Nub. 268. *τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν κακο–*
δαίμον' ἔχοντα.

Nub. 1443. *τὴν μητέρ' ὥσπερ καί σε τυπτήσω*[2]).

Eccl. 358/9 *καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό με*
μόνον τὸ λυποῦν ἐστιν.

Eccl. 105/6 *τοῦτον γέ τοι νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν*
τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον οὕνεκα.

---

1) Cf. Kockii ad Av. 1545 adnotationem.

2) Cf. Kockii adnotationem.

Plut. 502. *πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ὄντες πλουτοῦσι πονηροί.*

Plut. 802. *ὡς ἡδὺ πράττειν, ὦνδρες, ἔστ' εὐδαιμόνως.*

IV. De trimetri clausulis.

70. In fine huius partis etiam nonnulla de versuum trimetrorum clausulis proferre liceat. Eas enim voces vel locutiones, quae bonam versus clausulam praebebant, saepissime, si his verbis eis opus erat, poetae in fine trimetri posuerunt.

Quam vere dixerim, ex hac tabula apparebit, in qua satis magnam exemplorum Aristophaneorum copiam digessi:

Voces	inveniuntur	
	in fine trimetri locis	aliis trimetri locis
(τοῦ) ἀέρος, (τὸν) ἀέρα	14	1
ἄλφιτον –ου –ῳ etc.	7	2
ἁμαρτίαις –ας	4	—
ἀσπίδος –ι –α etc.	14	5
τὸ γράδιον, τοῦ γραδίου etc.	9	2
(ἡ) γυνή, (ὦ) γύναι	30	25
(ὁ) δάκτυλος, (τοῦ) δακτύλου etc.	8	3
(ὁ) δεσπότης, (τοῦ) δεσπότου etc.	33	14
(ἡ) διαλλαγή, (τῆς) διαλλαγῆς etc.	9	1
(ὁ) διδάσκαλος, (τοῦ) διδασκάλου etc.	8	—
(ἡ) δίκη, (τῆς) δίκης etc.	37	13
ἐκκλησία, (τῆς) ἐκκλησίας etc.	15	4
(τῆς) ἑσπέρας, (τὴν) ἑσπέραν	12	4
ἥλιος –ον etc.	12	4
ἡμέρα, (τῆς) ἡμέρας etc.	19	18
θεός, (τοῦ) θεοῦ etc.	139	117
(ἡ) θύρα, (τῆς) θύρας etc.	26	24
(τὸ) παιδίον, (τοῦ) παιδίου etc.	29	11
(ἡ) πόλις, (τῇ) πόλει etc.	61	38
(τοῦ) πράγματος etc.	68	15
(τὸ) χωρίον, (τοῦ) χωρίου etc.	13	—

Voces	inveniuntur in fine trimetri locis	inveniuntur aliis trimetri locis
(τὸ) φροντιστήριον	6	—
νὴ τὴν Ἄρτεμιν	6	1
(τῆς) Ἑλλάδος etc.	11	—
Εὐριπίδης –ου etc.	30	15
Κλεώνυμος –ου etc.	11	3
οἴμοι δείλαιος	10	—
(ὁ) δεξιός, (τοῦ) δεξιοῦ etc.	26	7
καλός τε κἀγαθός –ου etc.	6	2
πολλοὶ κἀγαθοί –ῶν etc.	7	1
(ὁ) κάκιστ' (vel κακῶς) ἀπολούμενος (τοῦ) etc.	12	1
ἀπώλεσα –ας etc. ἀπώλετο	22	1
βούλομαι –εται –εύομαι –εύεται, –εύσομεν –εύσεται	48	15
γίγνεται	18	4
γενήσομαι –εται	20	2
δοκῶ –εῖς etc.	81	35
(–) ἔρχομαι –εται	26	4
ἐλήλυθα –ας etc.	7	2
ἔχω –εις etc.	120	99
λάβω –ῃς etc.	78	55
λέγω –εις etc.	148	97
τί δ' ἄλλο γ' ἤ	5	2
ἄντικρυς	8	3
ἐκεῖ	11	10

Alia huius generis exempla praebent *λόγος (τοῦ) λόγου* etc., *τοιχωρύχος –ου* etc., *(ὁ) τοξότης (τοῦ)* etc., *τραγῳδία –ας* etc., *τριώβολον –ου* etc., *(τοῦ) τρόπου* etc., *(ἡ) φύσις (τῇ) φύσει* etc., *(ἡ) χάρις (τὴν) χάριν*, *(τοῦ) χρήματος* etc., *(ἡ) χύτρα -ας* etc., *ἐγώ, ἐμοῦ, ἐμοί, ἐμέ, οὑτοσί τουτονί* etc., *φέρω –εις* etc., *φράσω –ῃς* etc., *ὅτι, ὅπως* et qu. s. r.

V. De copia verborum.

1. De variis vocibus ab eadem stirpe derivatis.

71. Saepius poetae metri impedimenta ita superare studebant, ut complures formas alicuius vocabuli ab eadem stirpe derivatas adhiberent.

Vocis *Ἀχαρνῆς* Aristophanes tantum genetivum *Ἀχαρνέων* (Ach. 286, Lys. 62) et accusativum *Ἀχαρνέας* (Ach. 177, 200, 203, 222) adhibuit. At in huius vocis nominativo et dativo formas *Ἀχαρνικοί* et *Ἀχαρνικοῖσι* praetulit, quippe quae metro melius accommodarentur:

Ach. 180. *Ἀχαρνικοί, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι.*
324. *ἐξολοίμην. ἢν ἀκούσω — μηδαμῶς ὦχαρνικοί.*
329. *τοῖς Ἀχαρνικοῖσιν ἡμῖν; μῶν ἔχει του παιδίον;*

Pro substantivo *γείτων* (Vesp. 389, 875, Pac. 1141 etc.) semel in fine trimetri participium *γειτνιῶν* legimus:

Eccl. 327. *τί ἐστι; οὐ δήπου Βλέπυρος ὁ γειτνιῶν;*

72. Imprimis formas deminutivas poetae interdum nulla alia de causa nisi propter metri commoditatem adhibuerunt.

Pro dativo *ἀλώπεξι*, quem nusquam invenimus, Aristophanes formam deminutivam posuit, quod metro iambico melius accommodabatur:

Equ. 1076. *ἀλωπεκίοισι τοὺς στρατιώτας ἤκασεν.*
1078. *τούτοις ὁ μισθὸς τοῖς ἀλωπεκίοισι ποῦ;*

In ceteris casibus formas *ἀλώπεκες, ἀλωπέκων, ἀλώπεκας* legimus: Ach. 878, Pac. 1190, Lys. 1269.

Nonnunquam comici pro usitatis formis *ὄρνις, ὄρνῑθος* etc., quae centies fere leguntur (Av. 16, 67, 70, 74, 79 et qu. s. r.), formas deminutivi *ὀρνέον* scripserunt, si brevibus syllabis eis opus erat, idque undecies in fine trimetri iambici et tetrametri trochaici:

Av. 13. *ἦ δεινὰ νὼ δέδρακεν οὑκ τῶν ὀρνέων.*
16. *τὸν ἔποφ', ὃς ὄρνις ἐγένετ' ἐκ τῶν ὀρνέων.*

Av. 52, 65, 197, 291, 295, 1086, 1406, Cratin. fr. 108_4, I p. 48. Praeter duos locos lyricos (Av. 305, 676) hoc deminutivum bis aliis locis invenitur metri causa:

Av. 295. *ὀρνέων — ὦναξ Ἄπολλον, τοῦ νέφους ἰοὺ ἰού.*
Lys. 776. *ὄρνεον οὐδ' ὁτιοῦν καταπυγωνέστερον εἶναι.*

Eadem de causa alterum deminutivum *ὀρνίθιον* ter in fine versus invenimus:

Nicophont. fr. 1₁, I p. 775.
ἅπερ ἐσθίει ταυτὶ τὰ πονήρ' ὀρνίθια.
Strattid. fr. 58₃, I p. 728.
καὶ τα μίκρ' ὀρνίθια (dim. troch.).
Inc. fr. 416, III p. 487.
ὀρνιθίων
ὀπτῶν φακῆς τε καὶ πισῶν αὐταῖς χύτραις.

Pro usitata forma *γυνή* apud Aristophanem bis in anapaestis deminutivum *γύναιον* legimus, certe quod forma *γυνή* cum articulo coniuncta metro anapaestico repugnabat:

Vesp. 610. *καὶ τὸ γύναιόν μ' ὑποθωπεῦσαν φυστὴν μᾶζαν προσενέγκῃ.*
Thesm. 792. *κἂν ἐξέλθῃ τὸ γύναιόν ποι, κᾆθ' εὕρητ' αὐτὸ θύρασιν.*

Inter omnes constat scriptores Atticos pro forma *θήρ* deminutivum *θηρίον* ponere adamavisse. Eam ob rem etiam apud Aristophanem ter tantum genetivus *θηρῶν* invenitur in versibus dactylicis et anapaesticis, ubi creticus, quem genetivus *θηρίων* continet, poni non poterat:

Av. 777. *πτῆξε δὲ ποικίλα φῦλα τε θηρῶν* (lyr.).
1064. *θηρῶν, οἳ πάντ' ἐν γαίᾳ* (lyr.)
Thesm. 47. *θηρῶν τ' ἀγρίων πόδες ὑλοδρόμοι.*

Omnibus aliis locis formas deminutivi *θηρίον* legimus: Equ. 273, Nub. 184, 1286 etc.

74. Propter metri necessitatem Aristophanes etiam in illa Ranarum scaena, ubi Aeschylus Euripidis versibus illud „*ληκύθιον ἀπώλεσεν*“ addit, pro deminutivo *ληκύθιον* in fine trimetri semper formam *λήκυθος* posuit:

Ran. 1214. *οἴμοι πεπλήγμεθ' αὖθις ὑπὸ τῆς ληκύθου.*
Ran. 1215 6. *πρὸς γὰρ τουτονὶ τὸν πρόλογον οὐχ ἕξει προσάψαι λήκυθον.*
Ran. 1224, 1227, 1231, 1234.

In medio versu in hac scaena semper recte deminutivum iteratur:

Ran. 1209. *τουτὶ τί ἦν τὸ ληκύθιον; οὐ κλαύσεται;*
Ran. 1200, 1201, 1203, 1221, 1246[1]).

75. Metrum denique poetam adduxit, ut concinnitatem laederet in hoc versu:

Nub. 1131. *πέμπτη, τετράς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα.*

2. De vocibus a diversis stirpibus derivatis.

76. Addo pauca exempla, ubi Aristophanes inusitata vocabula metri causa usurpavit:

Pro usitato vocabulo *ἀλλαντοπώλης* (Equ. 143, 144, 148, 179, 241), quod propter creticum hexametro accommodari non poterat, semel alterum vocabulum legimus:

Equ. 200. *κοιλιοπώλῃσιν δὲ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει*[2]).

Eadem de causa in tetrametro anapaestico *θηλείας* pro *θυγατέρας* (⏑⏑ – ⏑) legimus:

Vesp. 567. *τὰς θηλείας καὶ τοὺς υἱεῖς, τῆς χειρός, ἐγὼ δ' ἀκροῶμαι.*

In fine tetrametri trochaici poeta pro usitata voce *ὀξύθυμος* (Vesp. 455, 1105, Equ. 706) semel alterum vocabulum posuit:

Vesp. 430. *εἶά νυν, ὦ ξυνδικασταί, σφῆκες ὀξυκάρδιοι.*
(Cf. Ach. 315 item in fine tetrametri *ταραξικάρδιον* Eurip. Iph. Aul. 1565 in fine trimetri iambici *εὐκαρδίως.*)

Nonnunquam denique pro adverbio *ἐγγύς* (Equ. 244, Nub. 215, Vesp. 660 etc.) nullo significationis discrimine facto adverbio *ὁμοῦ* Aristophanes usus est:

Thesm. 572. *ἐσπουδακυῖα προστρέχει. πρὶν οὖν ὁμοῦ γενέσθαι*
Equ. 245. Pac. 513, fr. 542.

---

[1]) Cum discesseris ab hac scaena, poeta tantum forma *λήκυθος* usus est: Av. 1589. Thesm. 139. Eccl. 538. 744. 1101. fr. 207. 234.

[2]) Cf. Kockii adnotationem.

Argumentum

A. Prooemium: De metri impedimentis.

B. Quomodo comici metri impedimenta superaverint.

I. De sonorum alternatione: Pag.

1. de synizesi 2
2. de contractione et distractione 3
3. de elisione 5
4. de hiatu 6
5. de vocalibus ante vocales correptis 7
6. de brevium vocalium productione 10
7. de vocalium productarum correptione 12
8. de correptione Attica 12
9. de praepositione ξύν vel σύν 14

II. De formarum alternatione:

1. de declinationibus 15
2. de adverbiis 19
3. de coniugatione 21

III. De rebus syntacticis:

1. de numeris 23
2. de generis usu liberiore 26
3. de comparatione 27
4. de articulo 27
5. de pronominibus 35
6. de verbo 36
7. de vocibus omissis 37
8. de liberiore vocabulorum collocatione 39

IV. De trimetrorum clausulis 44

V. De copia verborum observationes:

1. de variis vocibus ab eadem stirpe derivatis 46
2. de vocibus a diversis stirpibus derivatis 48

Vita.

Natus sum Paul Bruno Sachtschal a. d. XIV. Kal. Mart. a. 1884 in oppido Posnaniensi Rawitsch patre Adolf matre Juliana e gente Pulst, quos ambos adhuc salvos esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litteris imbutus gymnasium Ravicense adii. Vere a. 1903 maturitatis testimonium adeptus autumno eiusdem anni nostram almam matrem Viadrinam petivi studiis philologicis imprimis operam daturus.

Docuerunt me viri doctissimi: Baumgartner, Bratke †, Cichorius, Drescher, Ebbinghaus, Foerster, Franz, Freudenthal †, Grünhagen, von Hase, O. Hoffmann, Jacoby, Kaufmann, Klingmüller, Koch, Kowalewski, Kühnemann, Leonhard, Meissner, Norden, Partsch, Passarge, Semrau, Skutsch, Wendland, Zacher †.

Aditum ad seminaria praebuerunt mihi viri doctissimi: Cichorius, Ebbinghaus, Foerster, Freudenthal †, Norden, Skutsch, Wendland. Quibus omnibus debitas gratias et habeo et habebo, imprimis Skutschio, qui semper opera et consilio me adiuvit.

Sententiae controversae

1. Aristoph. Ran. 181/2 verba inter personas ita distribuenda esse puto:

   Δι. τουτὶ τί ἐστιν; Ξα. τοῦτο; λίμνη. Δι. νὴ Δία αὕτη 'στὶν ἣν ἔφραζε, καὶ πλοῖόν γ' ὁρῶ.

   (Cf. Vahlen, Opuscula accademica I p. 282 sq.)

2. Chalcidius in Platonis Timaei interpretatione (ed. Wrobel) praeter multos alios locos etiam p. 28 A a versione Ciceroniana paullulum recessit melioris clausulae causa:

   Cic. Omne autem quod gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est.

   Chalc. Omne autem quod gignitur, ex aliqua causa necessario gignitur.

3. Terentius Andr. 268, Adelph. 602 singularem dolore (pro plurali = *ὠδῖνες*) metri causa adhibuit:

   Andr. 268 Laborat e dolore, atque ex hoc misera sollicita est.

   Adelph. 602 Nam et illi ita animum iam relevabis, quae dolore ac miseria tabescit. (Cf. Adelph. 288 et 486.)

4. Soph. El. 28 cum G. Wolffio

   ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.

   legendum esse puto.